







RELIQUIAE FORMÁNEKIANAE.

ENUMERATIO CRITICA PLANTARUM
VASCULARIUM, QUAS ITINERIBUS IN HAEMO
PENINSULA ET ASIA MINORE (BITHYNIA) FACTIS
COLLEGIT D^R. **ED. FORMÁNEK**, PROFESSOR
GYMNASII BRUNENSIS BOHEMICI.

SCRIPSIT

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

D^R. *Carl* VANDAS,

STUDII TECHNICI BRUNENSIS BOHEMICI PROFESSOR P. O.

SUMPTIBUS COMITIORUM MARCHIONATUS MORAVIAE.

BRUNAE.

TYPIS JOS. JELÍNEK.

1909.

QR 324

, V36

RECEIVED
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

Cum anno MCMIII moravica musei societas collectioni botanicae musei Franciscei administrandae me praeposuisset, promisi, ut in eo honore praeberem utilitatem, magnam quidem, at prorsus systematice inordinatam herbarum multitudinem, quas Dr. Eduardus Formánek, professor gymnasii brunensis bohemicus collegit me recogniturum et in ordinem esse redacturum. Frater enim mortui Romualdus, scrutator coleopterorum non contemnendus, herbarium museo Francisceo donavit.

Viris marchionatus Moraviae delectis consentientibus, ut ad opus accederem, mense februario anni MCMIV rei, quam mihi proposui, perficiendae me dedidi. Trecentos fere fasciculos ex museo accepi herbarum, quas Dr. Formánek in tredecim itineribus per regiones, quas supra dixi factis collegit, quibus etiam centum fere accesserunt herbae, quas Leonis in Graecia legit, quae omnia recognoscere decrevi.

Aliquot fasciculis herbarum perlustratis apparuit ordinem prorsus ad rationem revocatum deesse. Quas herbas in singula genera distribuere magnum quoddam erat onus et munus; hoc in labore perficiendo tres menses consumpsi decem horas cotidie occupatus. Id noli mirari, si reputaveris tecum ca. 40.000 exemplarium me conferre oportuisse. Quo labore non parvo prospere ad finem perducto eiusdem anni mense maio ad singulos herbarum ordines perscrutandos accessi.

Quamquam non ignorabam professorem Drem Formánek plantas saepe in fragmentis tantum collectas non satis diligenter praeparare, parum certe determinare et describere, tamen erroribus multis vitiisque non excusabilibus sum obstupefactus. Illud ipsum, quod vitia tam conspicua inveniuntur, quod plurimae insunt species iam dudum notae, quae autem velut novae afferuntur et describuntur, quod nonnunquam eandem stirpem Dr. Formánek aliquotiens sub variis nominibus affert, ita explicari potest eum herbarium

MAR 14 1923 Special Book Fund

suum ordine digestum non habuisse et in mole rudi indigestaque, quam inveni, singulas species ne exquirere quidem potuisse comparandi causa. Praeterea herbarium comparativum europaeo-orientale ad manum ei non fuit, quod in cognoscendis plantis orientalibus parum notis necessarium est. Nam ne moravicum quidem herbarium in suum usum ordine disposuit, cum magnum de flora Moraviae librum edidisset. Itaque non est mirum, quod multa vitia occurrunt etiam in speciebus nostris. Qua in re professorem Drem Formánek nullo modo possumus excusare. Ceterum illius interfuisse videtur, ut in commentatione sua IX, pag. 19 plane dicit, ut quam maximum induceret numerum locorum, ubi singulas species invenit (praesertim in communibus stirpibus multitudo eorum affertur, cum specimina plerumque in herbario desint) et specierum novarum. Nihil aliud illius interfuisse ea ipsa ex re cognoscitur, quod herbarium eius fuit inordinatum neque minus quod magnam plantarum multitudinem (saepe vulgarium) quas ei poscenti alii plantarum viri periti determinaverunt, velut Dr. E. de Halácsy, Dr. V. de Borbás, E. Hackel, L. de Vukotinović, J. Freyn, A. Zimmeter, H. Braun in commentationibus suis commemoravit ratione et distributione in herbario neglecta.

Virorum, quos supra dixi, plantas determinantium miranda est patientia, quam in describendis fragmentis saepe parum accurate collectis prae se tulerunt; nonnunquam autem multi eorum parvam in herbis designandis cautionem et diligentiam adhibuerunt ita, ut eorum determinatio in libris Formánekii commemorata non raro falsa sit. Qui errores apparent et in recentissimis botanicis libris. Dr. Halácsy ipse in „Conspectu florum graecae“ multa affert vitia, quae determinatione plantarum Formánekii parum subtili ipse commisit. Quod praecipue in novis speciebus descriptis inveni, ubi virorum aliquis herbariae artis peritorum ad Formánekium scripsit stirpem aliquam sibi esse ignotam et fortasse novam. Tum Formánek sine cunctatione plantam illam in novarum numerum posuit.

Invitus vitia tam copiosa affero, sed operiri non possunt; cum herbarium Formánekianum possessio nunc publica sit. Invitus quoque attingere debeo, cur herbario Formánekiano perlustrato admiratione sim affectus et miseratione et quae res quemque ob-

stupefaciat: audacia enim Dris Formánek, qua viros quosdam rei herbariae peritos adoriebatur, ut Adamovié, Murbeck, Velenovský, qua in re ei prof. V. Spitzner in oppido Prostějov aderat. In concertationum plenis disputationibus commentationi XI, pag. 113 adiectis Dr. Formánek exprobrabat professorem Velenovský herbas a se in Bulgaria detectas in „Flora bulgarica“ non commemorare; qui ad eum, cum determinationes eius parum certas esse non ignoraret, scripsit se libentissime omnia, quae invenerat, publici iuris esse facturum, si plantas illas sibi misisset inspiciendas. Quod autem Formánek auctoritatis suae excusatione usus recusavit posteaque iniuste cum Dre Velenovský pugnavit.

Haudquaquam fuit par professorem Spitzner defendere Formánekii actionem, qui vivo professore Formánek commentationem scripsit „Z botanických cest Dra. Edv. Formánka na poloostrově Balkánském a na Východě“, *) in qua non solum de Formánekii actione disserit, singula eius itinera copiose describit speciesque nove descriptas enumerat, sed etiam modo re vera insolito nec opinato existimat de professore Velenovský etiam quoad studia litterarum pertinet. Quod ei facere non licebat, cum florum in Haemo peninsula occurrentis esset ignarus.

Herbario Formánekiano perlustrato non possum praetermittere, quin hoc loco satisfaciam professori Velenovský de calumniis virorum, quos supra dixi, quas plane neglegendo iure reppulit. —

Accedo ad librum meum. Plantas profero hic eas tantum et ex iis locis**), quas in herbario Formánekiano inveni et quantum specimina saepe fragmentosa perscrutari poterant, etiam determinavi. Ordinem *Conspectus Nymani* secutus sum. Cum in locis tam multis commemoratio perfecta atque absoluta sit longior, affero commentationes Formánekianas, quas infra accurate enumeravi, notis romanis praeditas, secundum quas allata est pagina privatorum exemplarium typis ex scriptorum, quae non raro in usu multorum feruntur. Affero hic omnes plantas, quas commentationes commemoratae complectuntur. In unaquaque loci, ubi est

*) Věstník Klubu přírodovědeckého v Prostějově za rok 1900.

**) Nomina locorum, quantum potui, emendavi, fontibus recentissimis usus.

inventā, mentionem facio, si species, ad quam pertinet, in herbario re vera invenitur; infra documenta edo, cum necessarium est, ex quibus intellegi potest herbas vitiose descriptas in alium locum esse ponendas.

In speciebus a me in herbario exploratis asteriscum appono. Ubi planta ab alio viro docto est determinata, quantum ex schedis manu scriptis cognosci potuerit, affero nomen eius, qui plantam determinavit, uncis inclusum, ut appareat, quam paucas species Formánek determinaverit ipse. Ubi plantas in herbario occurrentes neque determinatas ego determinavi, signum exclamationis(!) additum est.

Huius libri editio ne retardetur, de singulis sed paucis generibus plantisque (velut *Alchemilla*, *Knautia*, *Centaurea*), quae materiae comparativae inopia prohibitus perscrutari non potui, posterius in singulari supplemento exponam.

Museum regni Bohemiae pragense, ubi plures raras species mihi comparandae erant, libentissime me adiuvit nonnullisque speciebus Brunam mihi creditis benevole sublevavit.

Nonnulli viri docti expetiverunt a me singula herbarum genera monographias, quas dicimus, scripturi (Th. Wolf, Szabo, Buhser, Domin, Velenovský, Rohlena, Handel-Mazzetti, Zahn, Hayek, G. Beck de Mannagetta), quibus quod ipsa recognoverunt gratias persolvo.

Benevolentia quoque Musei Franciscei brunensis silentio non est praetereunda, quod me auctore magni pretii herbarium beati Freyni pragense, in quo series plantarum Formánekii a Freyno determinatarum est collocata, suis opibus emit. Quod quidem sero mihi praesto fuit, locis parum idoneis collocatum, nihilo setius admodum mihi profuit, cum mihi pridem herbarium meum et pragensia ad manus essent.

Plurimam postremo gratiam debeo marchionatus Moraviae comitiis, quae museo Francisceo dederunt potestatem huius libri sumptibus terrae edendi.

Brunae, Idibus Martiis MCMIX.

Index commentationum,

in quibus plantae a Dre Formánek lectae enumerantur.

- I — **Beitrag zur Flora von Bosnien und der Hercegovina.** Separatabdruck aus der „Oesterr. botan. Zeitschrift“. XXXVIII—XXXIX (1888—1889).
- II — **Zweiter Beitrag zur Flora von Bosnien und der Hercegovina.** Separatabdruck aus der „Oesterr. botan. Zeitschrift“. XL (1890).
- III — **Beitrag zur Flora von Serbien, Macedonien u. Thessalien.** Separatabdruck aus der „Deutschen botan. Monatschrift“. (1890—1891).
- IV — **Beitrag zur Flora des Balkans, Bosphorus und Kleinasiens.** Sonderabdruck aus den „Verhandlungen des naturforschenden Vereines“ in Brünn. XXIX (1891).
- V — **Beitrag zur Flora von Serbien und Macedonien.** Sonderabdruck aus den „Verhandlungen des naturforschend. Vereines“ in Brünn. XXX (1892).
- VI — **Beitrag zur Flora von Serbien und Bulgarien.** Sonderabdruck aus den „Verhandlungen des naturforschend. Vereines“ in Brünn. XXXI (1893).
- VII — **Zweiter Beitrag zur Flora von Serbien u. Macedonien.** Sonderabdruck aus den „Verhandl. des naturforschend. Vereines“ in Brünn. XXXII (1894).
- VIII — **Beitrag zur Flora von Albanien, Korfu und Epirus.** Sonderabdruck aus den „Verhandl. des naturforschend. Vereines“ in Brünn. XXXIII (1895).
- IX — **Zweiter Beitrag zur Flora von Serbien, Macedonien und Thessalien.** Sonderabdruck aus den „Verhandl. des naturforschend. Vereines“ in Brünn. XXXIV (1896).

- X — Dritter Beitrag zur Flora von Thessalien.** Sonderabdruck aus d. „Verhandl. d. naturforschend. Vereines“ in Brünn. XXXV (1897).
- XI — Dritter Beitrag zur Flora von Serbien und Bulgarien.** Sonderabdruck aus den „Verhandl. des naturforschend. Vereines“ in Brünn. XXXVI (1898).
- XII — Fünfter Beitrag zur Flora von Macedonien.** Sonderabdruck aus den „Verhandl. d. naturforschend. Vereines“ in Brünn. XXXVII (1899).
- XIII — Sechster Beitrag zur Flora von Macedonien.** Sonderabdruck aus den „Verhandl. d. naturforschend. Vereines“ in Brünn. XXXVIII (1900).
- XIV — Beitrag zur Flora von Griechenland.** Separatabdruck aus der „Deutschen botan. Monatschrift“. XVI (1898).

Abbreviaturae.

Albania = A.	Montes Agrapha = Mt. Ag.
Asia Minor = As.	Montes Chassia = Mt. Ch.
Bosnia = B.	Montes Othrys = Mt. Ot.
Bulgaria = Bg.	Montes Oxya = Mt. Ox.
Croatia = Cr.	Montes Rhodope = Mt. Rh.
Dalmacia = D.	Olympus bithynus = O. bith.
Epirus = E.	Olympus thessalus = O. th.
Graecia = Gr.	Pindus = P.
Hercegovina = H.	Serbia = S.
Korfu (ins.) = K.	Thessalia = Th.
Macedonia = M.	Turcia europaea = T. e.

Dicotyledoneae.

I. Choripetalae.

Ranunculaceae Juss.

Atragene alpina L.

Specimina plantae ad Mostar in H. lectae (I, 33) cum *Clematide Viticella* L. identica; de hoc lapsu iam cl. Murbeck*) anno 1891 mentionem fecerat.

Clematis Viticella L.

Mostar in H. (I, 33, *Atragene alpina* L.); Stolac, Ljubinje, Trebinje, Bilek, Podvelež pr. Mostar in H. (I, 33, *C. Flammula* L. γ) *rotundifolia* Koch); Domanović in H.!

Clematis Flammula L.

Mostar et Blagaj in H. (II, 22); Kerečkői et Dervent-Balkan in M., Malakasi in P., Portaria, Larissa, mt. Ossa et Kalabaka in Th. (III, 32); Ephemiades in E., Kanoni et Potamos in K., Čele-drisdagh ap. Durazzo in A. (VIII, 38, det. Halácsy); Lechonia in Th. (X, 55); Mytikas, Mičikeli et Prosgoli in E. (VIII, 38, *C. Vitalba* L.); Ošlan, Oslop et Kerečkői in M. (XII, 71, *C. Vitalba* L.); m. Xerolivadon in M. (XIII, 216, *C. Vitalba* L.); Domanović et Mostar in H.!

Loca excludenda:

Stolac, Ljubinje, Trebinje, Mostar et Bilek in H. (I, 33 = *C. Viti-cella* L.).

*) Beiträge zur Kenntnis der Flora von Süd-Bosnien und der Hercegovina, Lund, 1891, 176.

Dr. Formánek in hac specie varietates ex foliorum latitudine nimis variabili propositas quidem enumerat, attamen confundit eam multoties cum *C. Vitalba* L. toto caelo diversa.

Clematis Vitalba L.

Demir-Kapu in M. (III, 32); Anadolı-Kavak, Beikos, Ismid, Brussa in As. (IV, 27); Paraćin in S., Bitolia in M. (V, 27); Trstenik, Lopatnica, Petrina, Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 31); Čafu in A., Evropuli et Afra in K. (VIII, 38); Balia pl. et Momena čuka pl. in M. (IX, 75); Vodjenica, Šehovci, Jajce, Drina pr. Brod, Goražda, Krupa, Zenica et Banjaluka in B.!: Jablanica in H.!: Plačevica in S.!: Dobrota in D.!: Kerečkői in M.; Lechonia in Th. (1896, det. Halácsy).

Loca excludenda:

Mytikas, Mićikeli et Prosgoli in E. (VIII, 38 = *C. Flammula* L.); Kerečkői, Ošlan et Oslop in M. (XII, 71 = *C. Flammula* L.); m. Xerolivadon in M. (XIII, 216 = *C. Flammula* L.)

Clematis recta L.

Krupa et Bihac in B.!

***Clematis integrifolia L.**

Jastrebac pr. Niš in S. (*Atragene alpina* L. in sch.).

Pulsatilla vulgaris Mill.

Velež pl. pr. Mostar in H.! Planta ad Vranja in S. indicata (III, 33) deest in herbario.

?Pulsatilla grandis Wend.

Specimina plantae ad Sarajevo in B. (I, 34, Hb. St. Bjelić) indicatae in herbario non repperi.

Anemone stellata L.

Specimina ad Vodena in Macedonia a dom. Kindl lecta (XIII, 216) ad A. *fulgentem* Gay. β) *purpureo-violaceam* Boiss. spectant.

Anemone narcissiflora L.

M. Midžor in S. (XI, 81).

Anemone ranunculoides L.

Indicatur ad Vranja in S. (III, 33); specimina non repperi in herbario.

Anemone blanda Sch. Nym. Ky.

Specimina ad Vodena in M. a dom. Kindl lecta et ita a Dre Formánek determinata (XIII, 216) ad *A. fulgentem* Gay. ♂ *purpureo-violaceam* Boiss. referenda.

Anemone fulgens Gay. ♂ *purpureo-violacea* Boiss. Fl. or. I, 12.

Vodena in M. (XIII, 216, *A. stellata* L. et *A. blanda* Sch. Nym. Ky.).

Hepatica triloba L.

Indicatur in B. et H. (I, 34); specimina in herbario a me non reperta.

Adonis flammea Jacq.

Vodena in M. (XIII, 216).

Adonis aestivalis L.

Planta ad Alexinac in S. indicata (VI, 21) deest in herbario.

Myosurus minimus L.

Specimina plantae ad Leskovac in S. indicatae (IX, 75. leg. Ilić) in herbario non inveni.

Thalictrum aquilegifolium L.

Kovačići, Glog pr. Sarajevo, Arnautova šuma pr. Vučica luka in B. (I, 33); Karaula pr. Jajce, Pogari in B. (II, 22); Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 81); m. Korthiati, Galičica pl. in M. (XII, 71).

Thalictrum flavum L.

Specimina ita designata excludenda:

Col. Jailadžik ad Ichtiman in Bg. (VI, 21 = *T. simplex* L.); Batak et Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 81 = *T. simplex* L.); m. Korthiati in M. (XII, 71 = *T. angustifolium* Jacq.).

Thalictrum angustifolium Jacq. (*T. lucidum* L.)

Zalin, Pribinić, Iidže in B. (I, 34); Maslovare et Stratinska in B. (I, 33, *T. galioides* Nestl.); Prugovac in S. (VI, 21); Mužinci in S. (VII, 31); m. Korthiati in M. (XII, 71, *T. flavum* L.); Sissek in Croatia; Novi in B.

Locus excludendus:

Gradsko in M. (V, 27 = *T. simplex* L.).

Thalictrum elatum Murr.

Indicatur ad Domanović in H. (I, 33), in herbario non obvium.

***Thalictrum simplex L.**

Gradsko in M. (V, 27, *T. angustifolium* L.); col. Jailadžik ad Ichtiman in Bg. (VI, 21, *T. flavum* L.); Ostrec in mt. Rh. Bg. (XI, 81, *T. minus* L.); Batak et Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 81, *T. flavum* L.).

Thalictrum galioides Nestl.

Specimina ad Maslovare et Stratinska in B. lecta (I, 33) ad *T. angustifolium* Jacq. referenda.

Thalictrum minus L.

M. Leskovnik in S. (VI, 21); m. Rtanj in S. (VII, 31); Lulin pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 81); Suho polje pl. in M. (XIII, 216); Kalinovik et Karaula pr. Jajce in B., Ravno Buče in Suha pl. S.; Petrina pl. in M. (1893).

Locus excludendus:

Ostrec in mt. Rh. Bg. (XI, 81 = *T. simplex* L.).

Thalictrum minus L. var. **pseudofœtidum** Form. 1893 = **T. minus** L. var. **olympicum** Boiss. (*T. olympicum* Boiss. & Heldr.)

Baba pl. supra Cer in M. (VII, 31).

Specimina originalia cum planta in Pindo nascenti optime conveniunt. Hucce praeterea referenda specimina in m. Xerolivadon et Kaimakčalan M. lecta et pro typicis determinata (XIII, 216).

Thalictrum minus L. var. **obtusum** Form. 1895 = ? **T. maius** Crantz.

Blatec pl. in M. (IX, 75).

Specimina originalia sunt valde incompleta (superiora fragmenta caulium). Folia superiora sunt minus divisa, ac in *T. minore* L., folia inferiora desunt. Ob inflorescentiam copiosiore foliorumque fragmenta maiora *T. maiori* Crantz potius adnumerandum. Exacte non determinandum.

Thalictrum foetidum L.

Specimina plantae ad Plandolovi (Plana dola) pr. Neum Kula in H. indicatae (I, 34) desunt in herbario.

Ficaria verna Huds.

Vodena in M. (XIII, 216, leg. Kindl).

? **Ranunculus chaerophyllos** L.

Plantam ad Sarajevo in B. (I, 34, Hb. St. Bjelić) indicatam in herbario non reperi.

Ranunculus rumelicus Grsb.

Specimina ad Spilia in mt. Ossa Th. lecta (III, 33, det. Halácsy) cum *R. psilostachyde* Grsb. identica.

Spica est enim cylindrica, carpella ovata, parce verrucosa, in rostrum eis aequilongum abeuntia, indumentum plantae sericeo-canum.

Ranunculus psilostachys Grsb. (R. Nissanus Petrović).

Spilia in mt. Ossa Th. (III, 33, R. rumelicus Grsb.); Rujevica pr. Alexinae in S. (IX, 75, leg. Ilić); Ginivica pl. in M. (XII, 71, det. Halácsy); Vodena in M. (XIII, 217).

* **Ranunculus Sprunerianus** Boiss.

Vodena in M. (XIII, 213, R. Kindlianus Form., leg. Kindl).

Ranunculus Kindlianus Form. — **R. Sprunerianus** Boiss.

Vodena in Macedonia (XIII, 217, leg. Kindl).

Specimina in herbario asservata sunt florifera, et unicus solum flos carpella in statu iuvenili ad studium praebet. Iam in hoc stadio planta nostra affinitatem ad *Breviostres* Boiss. manifeste vindicat. Ob calices patentes, folia radicalia homomorpha, ambitu orbiculata, 3-partita, partitiones obtuse lobatas, grumas cylindricas, caules cum tota planta patule hirsutos, divaricatim ramosos, floresque magnos cum *R. Spruneriano* Boiss. coniungenda. In diagnosi Formánekii sepala „postea reflexa“ designantur, carpellaque iuvenilia vix evoluta describuntur eisque appendix brevis, compressa, ovata falso adscribitur.

***Ranunculus aconitifolius** L. var. **platanifolius** (L.). Beck.

Kalinovik in B.!

Ranunculus serbicus Vis. (R. Orphanidis Boiss.).

Kara Baŕ ad Ichtiman in Bg. (VI, 21, det. Halácsy); Buševa česma in M. (VII, 31, det. Halácsy); Buševa česma et Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 31, R. Villarsii DC.); Hadžibarica pl. *) (det. Halácsy) et Momena čuka pl. in M. (IX, 75, R. oreophilus MB.). (Specimina valde incompleta, in superioribus fragmentis caulium obvia ob axem glabrum hucce spectant); m. Pelion in Th. (IX, 75, R. oreophilus MB. var. latifolius Form.); Lulin pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 81, det. Halácsy); inter Alabak et Bela Voda in mt. Rh. Bg. (XI, 81, R. Steveni Andrz., det. Halácsy); val. fl. Jadonica, Sultanica et Ostrec in mt. Rh. Bg. (XI, 81, R. polyanthemos L.); Ošlan et Dobropolje in m. Karataš M. (XII, 71, det. Halácsy); Smrdan et Sibecki livadi in Suha pl. S. !; Flora pl. *) in M. (1895) !; Zakučanska pl. in M. (1898, R. nemorosus DC. in sch.); Pržigrad pl. et Dudiica pl. in M. (1898).!

*) vide adnotationem in XII, 97.

Ranunculus Villarsii DC.

Specimina ad Buševa česma et Bukovo in M. lecta et ita in VII, 31 determinata ad *R. serbicum* Vis. spectant. Axis est glaber, pedunculi florum teretes!

Ranunculus oreophilus MB.

Specimina in Hadžibarica pl. et Momena čuka pl. M. lecta (IX, 75) ad *R. serbicum* Vis. referenda.

Ranunculus oreophilus MB. var. **latifolius** Form. = **R. serbicus** Vis.

In cae. m. Pelii in Th. (IX, 75).

Specimina nostra habent axem glabrum nullaque nota a plantis serbicus macedonicisque differunt. Teste Halácsy (Consp. Fl. gr. I, 22) iam Sintenis plantam nostram in Pelio observavit.

Ranunculus nemorosus DC.

Planta vera huius nominis in herbario non obvia.

Loca excludenda:

Sakardža in mt. Rh. Bg. (VI, 21 = *R. polyanthemos* L.); Ošan in M. (XII, 71 = *R. acris* L.).

Ranunculus polyanthemos L.

Sakardža in mt. Rh. Bg. (VI, 21, *R. nemorosus* DC.); Alabak, Batak et Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 81); Golemi kamen in Suha pl. S.!

Loca excludenda:

M. Mirica in S. (XI, 81 = *R. acris* L.); val. fl. Jadenica, Sultunica et Ostrec in mt. Rh. Bg. (XI, 81 = *R. serbicus* Vis.).

Ranunculus repens L.

M. Peristeri et Bratučina pl. in M. (V, 27, det. Halácsy); Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 81); Sultunica in mt. Rh. Bg.!

Locus excludendus:

M. Xerolivadon in M. (XIII, 217 = *R. sardous* Crantz).

Ranunculus lanuginosus L.

Enumeratur e permultis locis, deest in herbario.

Ranunculus acris L.

M. Mirica in S. (XI, 81, *R. polyanthemos* L., det. Halácsy);
Sissek in Croatia (*R. polyanthemos* L. in sch.); T. Štević pr. Sa-
rajevo in B. (*R. aconitifolius* L. in sch.).

Ranunculus Steveni Andrz.

Planta inter Alabak et Bela Voda in mt. Rh. Bg. (XI, 81)
indicata ad *R. serbicum* Vis. spectat.

Ranunculus bulbosus L.

Specimina plantae ad Saloniki et Kapudži in M. (XII, 71)
indicatae a me in herbario non inventa.

Ranunculus Lingua L.

Lac. Ochrida in M. (XII, 71). A typo non diversus!

Ranunculus arvensis L.

Zaspa in B. (I, 34); Vodena in M. (XIII, 217); Tripolis in
Arcadia (XIV, 79, *R. arvensis* L. var. *squamosa* Form.).

Ranunculus arvensis L. var. **tuberculatus** Koch.

Kamenicka pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 81).

Ranunculus arvensis L. var. **squamosa** Form. 1897 = **R. arvensis** L.

Tripolis in Arcadia (XIV, 79, leg. Leonis).

Specimina ita determinata sunt cum formis carpella longe
spinosa gerentibus identica. Similem plantam in herb. amiciss.
Velenovský ad Saloniki a cl. Abd-ur-Rahman-Nadzi
anno 1890 lectam et pro var. *spinoso* DC. designatam vidi. In
descriptione Formánekkii spinae carpellorum pro „squamis“
habentur.

Ranunculus trachycarpus F. et M.

Asproklisia in Th. (X, 55, det. Halácsy).

Ranunculus sardous Crantz.

Krupa, Banjaluka, Iidže in B. (I, 34) m. Xerolivadon in M. (XIII, 217, *R. repens* L.); Zaspá!, Maslovare!, Vrbanja! in B.; Sela et Šćek in Croatia!; Kneževo in Bg. (1897, det. Halácsy); Tatar Pazar, Šćek in Bg.; Nidje pl. in M.!

R. sardous Crantz. var. **hirsutus** Curt.

Philippopolis in Bg. (XI, 81).

Ranunculus sardous Crantz. var. **pseudotrachycarpus** Hal.
Conspect. Fl. gr. I, 24.

Pharsalos in Th. (IX, 75, typicus). Carpella sunt toto disco tuberculata. Dr. Halácsy, qui specimina non vidit, eum pro typico (l. c.) habet.

Ranunculus sceleratus L.

Lac. Presba in M. (V, 27).

Ranunculus lateriflorus DC.

Deest in herbario. Indicatur ad Jajna ap. Leskovae in S. (IX, 75).

Ranunculus paucistamineus Tsch. (Batrachium).

Krupa in B. (I, 34, *R. aquatilis* L. var. *trichophyllus* Čelak.); Ochrida in M. (XII, 71, *R. aquatilis* L. var. *homophyllus* Wallr., f. *terrestris*).

Locus excludendus:

Ad fontes fl. Mati pr. Ligaria in Th. (IX, 75 = *R. aquatilis* L. var. *heleophilus* Arv. Touv.)

Ranunculus paucistamineus Tsch. var. **trichophyllus** (Chaix.)
G. Beck.

Mesolongion (Missolungi) in Aetolia (XIV, 79, leg. Leonis).

Ranunculus aquatilis L. α **typicus** Beck. (*R. heterophyllus* Wallr.).

Nakoleci, lac. Presba in M. (V, 27); Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 81).

Loca excludenda:

Krupa in B. (I, 34, var. = *R. paucistamineus* Tsch.); Ochrida in M. (XII, 71, var. = *R. paucistamineus* Tsch., f. *terrestris*).

Ranunculus aquatilis L. var. **heleophilus** Arv. Touv.

Ad fontes fl. Mati pr. Ligaria in Th. (IX, 75, *R. paucistamineus* Tsch.).

Nigella Damascena L.

Blagaj, Podvelež pr. Mostar in H. (II, 22); Malakasi in P. (III, 33); Gradsko in M. (V, 27); m. Ghavellu in mt. Ag. Th. (X, 55); Kerečkoi et Vodena in M. (XII, 71); Karaferia in M. (XIII, 217); Sebenico et Ragusa in D. !; Ljubinje in H. !

Locus excludendus:

Kucuro in mt. Ch. Th. (X, 55 = *N. tuberculata* Grsb.).

***Nigella elata** Boiss. Fl. or. I, 69.

Ismid in As. (IV, 27, *N. orientalis* L.); Brussa in As. (1890)!

Nigella arvensis L.

Visoko in B. (II, 22); Demir-Kapu in M. (III, 33); Ūsküb (det. Halácsy) et Gradsko in M. (V, 27); Zenica in B.; Alexinac in S. (1892); Visoko Tepe, Jailadžik et Kneževo in Bg. (1892).

Loca excludenda, ad *N. tuberculatam* Grsb. spectantia:

Volo in Th. (III, 33); Kristofor, Lubunova, lac. Presba in M. (V, 27); Lopatnica, Dragožani et Ostrec in M. (VII, 32); inter Neraida et Stylida in Th. (X, 55).

Nigella arvensis L. var. **foeniculacea** DC.

Vodena in M. (XII, 71). Convenit optime cum speciminibus ad Beograd in Serbia anno 1888 a cl. Bornmüller lectis (Hb. Velenovskýi).

Nigella tuberculata Grsb.

Volo in Th. (III, 33, *N. arvensis* L.); Kristofor, Lubunova, lac. Presba in M. (V, 27, *N. arvensis* L.); Lopatnica, Dragožani et Ostrec in M. (VII, 32, *N. arvensis* L.); inter Neraida et Stylida

in Th. (X, 55, *N. arvensis* L.); Kucuro in mt. Ch. Th. (X, 55, *N. Damascena* L.); Dihovo in M. (1891, *N. arvensis* L. in sch.); Maglenci in M. (1893, *N. arvensis* L. in sch.); Vodena (1898, *N. arvensis* L. in sch.).

Nigella aristata S. S. (*N. arvensis* L. var. *involucrata* Boiss. p. p.)
Ad Callitheam Atticae (XIV, 79, leg. Leonis).

Nigella orientalis L.

Specimina plantae ad Ismid in As. (IV, 27) lectae ad *N. elatam* Boiss. spectant, ut e carpellis inflatis primo aspectu manifestum.

Isopyrum thalictroides L.

Specimina plantae ad Visoko in B. (Hb. St. Bjelić) indicatae (II, 22) in herbario non repperi.

Helleborus cyclophyllus Al. Br.

Galičica pl. in M. (XII, 71); Vodena in M. (XIII, 217); de reliquis indicatis locis specimina in herbario desunt.

Helleborus odorus W. Kit.

Dubovsko et Krupa in B. ! Golemi kamen in Suha pl. S. ! Petrino in M. (1893). E reliquis locis enumeratis specimina in herbario non occurrunt.

Helleborus multifidus W. Kit.

Ljubinja in H. (I, 34).

Eranthis hiemalis Salisb.

Sarajevo in B. (I, 34, Hb. St. Bjelić).

Trollius europaeus L.

Indicatur ad Karaula pr. Jajce in B. (II, 22), specimina in herbario non repperi.

Caltha palustris L.

Deest in herbario.

Caltha laeta Sch. Nym. Ky.

Zygos in P. (IX, 75, pro var. *alpestri* Schott.).
In unico fructifero fragmento obvia.

Aquilegia vulgaris L.

Indicatur in H. (I, 34), specimina non vidi.

Aquilegia nigricans Baumg. var. **Ebneri** (Zimm.).

Specimina plantae in B. indicatae (I, 34) in herbario non repperi.

Aquilegia Haenkeana Koch.

In herbario repperi 3 fragmenta caulium, foliis destituta, fructifera e Balia pl. in M. (IX, 76), quae exacte non sunt determinanda.

*** Aconitum lycoctonum** L.

Indicatur in B. (II, 23) et S. (III, 33); specimina in herbario non obvia.

Aconitum ranunculifolium Rehb.

Popovi livadi in decl. m. Midžor S. (XI, 82, *Delphinium* Midžorensis Form. 1897).

Delphinium Staphisagria L.

Baba in Th. (III, 33, det. Halácsy); ins. Amorgos in Gr. (1897, leg. Leonis).

Delphinium Borbásii Form. = **D. fissum** W. Kit.

Luben pl. pr. Cer (VII, 32) et Flora pl. pr. vicum Sermenli in M. (IX, 76).

Specimina omnia in Luben pl., Flora pl. et serius in Suho polje pl. (XIII, 218) in Macedonia lecta sistunt formam carpellis hirtis insignem, quae ex cl. Fritsch*) nomine *Kitaibeliano* designanda. A speciminibus, quae in Heregovina ipse legi, plantae macedonicae non sunt diversae.

In IX, 76 Dr. Formánek suam novam speciem iterum per longum et latum describit eamque cum *D. peregrino* L., quod

*) Verhandl. d. zool.-botan. Gesellsch. in Wien, 1899, pag. 237.

prorsus diversum, proximam esse affirmat. Eandem speciem praeterea Dr. Formánek iam anno 1888 in Hercegovina boreali ad Morinje pl. ipse legit (II, 23) eamque recte determinavit.

Delphinium fissum W. Kit.

Morinje pl. in H. (II, 23); Luben pl. in M. (VII, 32, D. Borbásii Form.); Flora pl. in M. (IX, 76, D. Borbásii Form.); Suho polje pl. in M. (XIII, 218, D. Borbásii Form.); Sv. Stevan in S. (leg Ilić)!

Delphinium halteratum S. S.

Janek karakol deresu pr. Saloniki in M. (det. Halácsy), Spilia in mt. Ossa, Trikala et Kalabaka (det. Halácsy) in Th. (III, 33); Gradsko, Ulanca, Demir-Kapu, Lachce, Malovišta in M. (V, 27); Sičevo, Lopatnica, Kukuričani, Mojna, Čerņičani in M. (VII, 32); Demir-Kapu in M., Trikala in Th. (IX, 76); mt. Rhodope in Bg. (XI, 82); Langaza in M. (XII, 71); Golešnica pl., Vietrena, Hagios Athanasios, Vodena in M. (XIII, 217); Džemdem Tepe pr. Philipopolin in Bg. (1890)!

Loca excludenda :

Kerečkői in M. (XII, 71 = D. peregrinum L.); m. Pelion in Th. (IX, 76 = D. peregrinum L.); m. Xerolivadon in M. (XIII, 217 = D. Ajacis L.).

Delphinium peregrinum L.

Saloniki (det. Halácsy) in M., Kapurna in Th. (III, 33); S. Giov. di Medua, Durazzo in A. (VIII, 38, D. junceum DC.; a Dr. Halácsy in scheda recte pro *D. peregrino* L. determinatum); Kanali, Gasturi, Evropoli, Afra in K.; Mytikas, Ephemiades, col. Bilik ap. Janina, Sadovica, monastir Hagia Paraskevi, m. Prosgoli in E. (VIII, 38, D. junceum DC.); Pelion in Th. (IX, 76, D. halteratum S. S.); Callithea pr. Athenas (XIV, 79, D. junceum DC., det. Halácsy); Adrianopolis in T. e. (1890)!; col. Kephalomanduchion in K. (1894); Karasu pr. Bitolia in M. (1894); Han Balduma in E. (1894); Milouna in O. th. (1896)!

Delphinium junceum DC.

Specimina ita determinata (VIII, 38) hucce non pertinent, sed ad praecedens *D. peregrinum* L.!

* **Delphinium eriocarpum** Boiss. ♂) **transiens** Hal. Consp. Fl. gr. I, 33.
Ins. Naxos in Gr. (leg. Leonis, *D. junceum* DC. in sch.)

Delphinium Ajacis L.

Koturi, Velitsena in P. (III, 33); m. Xerolivadon in M. (XIII, 217, *D. halteratum* S. S.); Banjaluka in B.!

* **Delphinium orientale** Gay.

Niš in S.

Delphinium consolida L. var. **micranthum** Boiss.
(*D. paniculatum* Host.)

Specimina omnia in herbario asservata ad var. nominatam spectant:

Trikala in Th. (III, 33, ? var. *Cavelianum* Heldr., det. Halácsy); Ulanca in M. (V, 27, pro typ.); Momena čuka pl. in M. (IX, 76, pro typ.); Belovo, Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 82); Gewgeli in M. (XII, 72); Demir-Kapu in M. (1891, det. Halácsy); Gradsko, Prži-grad, Treskavec, Malo Bidžo et Ošlan in M. (1898); Prosgoli in E.; Vodena in M.

Delphinium Midžorensse Form. 1897 = **Aconitum ranunculifolium** Rehb.

M. Midžor in S. (XI, 82).

Dr. Adamović in suo tractatu *) plantam nostram cum *D. fisso* W. Kit. identicam esse putavit. Specimen unicum fructiferum, in quo mihi etiam siccos flores reperire contigit, sistit typicum *Aconitum ranunculifolium* Rehb., cuius specimina bulgarica (m. Vitoša pr. Sofia, leg. Velenovský) et serbica (Busara pl., leg. Adamović) in herbario amiciss. V e l e n o v s k ý comparo.

*) Kritische flor. Bemerkungen zur Flora von Serbien in Allgem. Bot. Zeitschrift f. Syst., Flor. etc. 1899, Seite 37-39, Absatz I.

Paeonia peregrina L. (*P. decora* Andrs ex Fritsch).
M. Leskovnik in S. (VI, 21).

Actaea spicata L.

Momena čuka pl. et Dudiica pl. in M. (IX, 76).

Berberideae Vent.

Berberis vulgaris L.

Indicatur in B. (II, 23), Bg. (XI, 81) et M. (III, 33 et XIII, 218). Specimina in herbario non reperi.

Berberis cretica L.

Plessidi et Portaria (det. Halácsy) in Th. (III, 33); m. Pelion in Th. et Godaman in O. th. (IX, 76).

Epimedium alpinum L.

Žepče, Zenica, Crni vrh pr. Tešanj, Doboj in B. (I, 34); Bőjök-Dere in T. e., Beikos et Adampol in As. (IV, 27); Barakovac in B.

Leontice Leontopetalum L.

Pharsalos in Th. (IX, 76); Derwent alten de kükü pr. Saloniki in M. (1889)!; Kapudži in M.!

Nymphaeaceae DC.

Nymphaea alba L.

Specimen fragmentosum in lacu Presba M. lectum (XII, 72) exacte non est determinandum.

Nuphar luteum Sm.

Lac. Ochrida in M. (XII, 72).

Papaveraceae DC.

Papaver Rhoas L.

Kosa et Jajce in B. (II, 23); Velitsena in P. (III, 33); Gorno Divjak in M. (VII, 32, *P. Rhoas* L. f. *mucronata* Form.); Popovi

livadi in m. Miđzor S., Belovo et Sadovo in Bg. (XI, 81); m. Xerolivadon, Doxa, Sliva et Vodena in M. (XIII, 218); Busak pl. in H.!: Treskavec!, Kerečkõi! et Trstenik in M. (1893).

Papaver Rhoëas L. f. **mucronata** Form. 1893 = **P. Rhoëas** L. typ.

Gorno Divjak in M. (VII, 32).

A planta typica, in qua foliorum lobi ovati vel lanceolati, mucronati observantur, non est diversa; cum speciminibus bohemis, bulgaricis et hercegovinicis identica.

Papaver dubium L.

Drina pr. Brod in B.! Specimina plantae ad Džemdem Tepe pr. Philippopolin in Bg. indicatae (IV, 27) desunt in herbario.

Papaver hybridum L.

Saloniki in M. (III, 33).

Glaucium phoeniceum Cr. (*G. corniculatum* Curt.).

Demir-Kapu in M. (III, 33, *G. flavum* Cr.); Gradsko et Demir-Kapu in M. (V, 27); Velestinos in Th. (X, 76); Ekšišu in M. (XII, 72, *G. rubrum* S. S.); Pharsalos in Th. (1896).

Specimina omnia sunt fructifera, qua re varietates distinguere nequeo.

Glaucium rubrum S. S.

Specimen ad Ekšišu in M. lectum (XII, 72) ita quidem designatum, sed determinatio ob florum defectum incerta.

Glaucium flavum Cr. (*G. luteum* Scop.).

Col. Skafilaky pr. Prevesa in E. (VIII, 38); Kephalomanduchion in K., Pale in A. (1894); Sebenico in D.!

Locus excludendus:

Demir-Kapu in M. (III, 33 = *G. phoeniceum* Cr.).

Chelidonium maius L.

Flora pl. in M. (IX, 76); Vodena in M. (XIII, 218, leg. Kindl).

Hypecoum grandiflorum Benth.

Vodena in M. (XIII, 218).

Fumariaceae DC.**Corydalis solida** Sw.

Planta ad Visoko in B. (II, 23, leg. St. Bjelić) indicata non obvia in herbario.

Corydalis ochroleuca Koch.

Ključ in B. (II, 23); Miljacka pr. Sarajevo in B.

Fumaria capreolata L.

Ad Athenas leg. Leonis (XIV, 79).

Fumaria officinalis L.

Beikos in As. (IV, 27, F. Vaillantii Lois.); Kerasia Sina in Th. (X, 55, det. Halácsy); Vodena in M. (XIII, 218, leg. Kindl).

Locus excludendus:

Lažene in Bg. (XI, 80 = F. prehensilis Kit.).

***Fumaria prehensilis** Kit. (F. rostellata Knaf.).

Lažene in Bg. (XI, 80, F. officinalis L.)

Fumaria Vaillantii Lois.

Plantam huius nominis in herbario non reperi.

Loca excludenda:

Beikos in As. (IV, 27 = F. officinalis L.); Vodena in M. (XIII, 218 = F. parviflora Lam.)

***Fumaria parviflora** Lam.

Vodena in M. (XIII, 218, F. Vaillantii Lois.).

Cruciferae Juss.**Cakile maritima** Scop.

Chalki in ins. Naxos (1897, leg. Leonis, det Halácsy).

Locus excludendus:

Agria in Th. (X, 57 = *Matthiola tricuspidata* L.).

Raphanus raphanistrum L.

Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 83, *Brassica elongata* Ehrh.).

***Rapistrum orientale** DC.

Kapurna in Th. (1889)!. Teste Halácsy (Consp. Fl. gr. I, 120) Dr. Formánek hanc speciem etiam ad Velesinos in Th. legit. Specimina ibi lecta in herbario desunt, in tractatibus Formánekii species nostra non enumeratur.

Rapistrum macedonicum Form. 1898 = **Hirschfeldia adpressa**
Mch. (*H. incana* Heldr.)

Ostrovo in M. (XII, 75).

Unicum fructiferum fragmentum (alterum ex Dr. Formánek in herbario col. Borbás asservatum), quod in herbario repperi, nil nisi fragmentum typicae *Hirschfeldiae adpressae* Mch. sistit. Quamquam nostrum specimen, ut auctor ipse mentionem facit, valde incompletum est, nihilo minus manifestum est „articulum inferiorem, longe cylindricum et obsolete costatum“ esse seminiferum et dehiscentem, ipsi igitur siliculae pedicello incrassato, brevi suffultae aequalem, cuius „articulus superior, parvus, ovato-globosus, ~~±~~ evidenter costatus, breviter rostratus“ stylum rostriformem, conicum, basi constrictum et parte media seminiferum sistit.

Erucaria aleppica Gaertn.

Attica ad Phaleron (XIV, 80, leg. Leonis, det. Halácsy).

Matthiola incana Br.

Mula pr. Cattaro in D. (I, 35).

Loca excludenda:

Sarajevo in B. (I, 35 = *Malcolmia maritima* Br.); Ragusa in D. (I, 35 = *Cheiranthus Cheiri* L.).

Matthiola sinuata R. Br.

Pale in A. (VIII, 38, det. Halácsy).

***Matthiola bicornis** DC.

Attica ad Callitheam (XIV, 79, *M. tricuspida* L.).

Matthiola tricuspida L.

Agria in Th. (X, 57, *Cakile maritima* Scop.); Specimina plantae ad Callitheam in Attica a Leonis lectae (XIV, 79, det. Halácsy) ad *M. bicornem* DC. spectant.

***Cheiranthus Cheiri** L.

Ragusa in D. (I, 35, *Matthiola incana* Br., det. Vukotinić).

***Cheiranthus Cheiri** L. var. **Senoneri** (Heldr. et Sart.).
(Ch. *Senoneri* Heldr. et Sart.).

In arenosis insulae Oxia Acarnaniae (XIV, 79, *Erysimum bisaccatum* Form. 1897).

Barbarea vulgaris R. Br.

Planta vera huius nominis in herbario non obvia.

Loca excludenda:

Vodena in M. (XII, 75 = *Sinapis nigra* L.); Luben pl. in M. (XIII, 220 = *Alliaria officinalis* L.).

Barbarea croatica Borb. & Vukot.

Specimina ad Sela pr. Sisek in Croatia (I, 35) a Dr. Formánek lecta et probabiliter ad auctores missa in herbario non repperi.

***Barbarea conferta** Boiss. & Heldr.

M. Peristeri in M. (XII, 75, *B. bracteosa* Guss.).

Barbarea bracteosa Guss.

Hucce teste Dre Halácsy fortasse adnumeranda specimina fragmentosa, fructifera in Hadžibarica pl. M. lecta (IX, 80). Specimina e m. Peristeri in M. (XII, 75) ad *B. confertam* Boiss. & Heldr. spectant.

Turritis glabra L.

Kara Baŕ pr. Ichtiman in Bg. (VI, 21); Balia et Flora pl. in M. (IX, 80); Mitrica in mt. Ch. Th. (X, 57); m. Mirica in S. (XI, 82).

Arabis Turrita L.

Duga luka in S. (III, 34); Balia pl. et Flora pl. in M. (IX, 80); Vis breg pr. Sičevo in S., Ravno Buče in Suha pl. S. (1884)!; Bačkovo in mt. Rh. Bg. (1897, det. Halácsy); Vodena in M. (leg. Kindl)!

***Arabis Gerardi Bess.**

Sveti Petka in S.! Convenit optime cum speciminibus bohemicis.

Arabis hirsuta Scop.

Vedropolje et Zenica in B.; val. Zalomska pr. Plužine et Mali Velež pr. Nevesinje in H. (II, 23); Petrina pl. in M. (VII, 33); Balia pl. in M. (IX, 80, det. Halácsy); Ismid et Olympus in As. (1890); Janjici, Miljacka, Trebević! et Ildže! in B.

Loca excludenda:

Val. fl. Drina pr. Brod in B. (II, 23 = A. muralis Bert.); Karaula pr. Jajce in B. (II, 23 = A. sagittata DC.).

Arabis sagittata DC.

Karaula pr. Jajce in B. (II, 23, A. hirsuta Scop.); Kerečkői pr. Saloniki in M. (XII, 75, det. Halácsy).

Arabis muralis Bert.

Koševo pr. Sarajevo in B. (I, 35, det. Vukotinić); val. fl. Drina pr. Brod in B. (II, 23, A. hirsuta Scop.); val. fl. Aspropotamos pr. Chaliki in P. (III, 34); Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 32); Velež pl. pr. Moštar in H.

Locus excludendus:

Petrina pl. in M. (VII, 32. Ob folia plantae sterilis longe petiolata (!) ad *A. alpinam* L. spectare videtur, exacte autem non determinanda).

Arabis saxatilis All.

Specimen ad Sarajevo in B. lectum (I, 35), a cl. Vukotinić determinatum est *Draba muralis* L.!

***Arabis auriculata Lamk.**

Sveti Petka in S.!. Suho polje pl. in M.!

Arabis caucasica Willd. subsp. **albida** Stev.

Specimina plantae in Galiciica pl. M. lectae (XII, 75) et a Dre Halácsy pro *A. albida* Stev. in sch. determinatae sunt fructifera. incompleta; qua re exacte non determinanda.

Arabis incana Mönch.

Planta in val. Stavnja pr. Sulješćica in B. (I, 35, det. Vukotinović) lecta *A. alpinae* L. adnumeranda.

Arabis alpina L.

Val. fl. Miljačka pr. Sarajevo in B. (I, 35); val. Stavnja pr. Sulješćica in B. (I, 35. *A. incana* Mönch.); Krupa, Debelo brdo ap. Kovačići pr. Sarajevo (det. Borbás) in B., Morinje pl. (det. Borbás) in H. (II, 23); Visoko in B.!, Dumoš pl. in H.!

Arabis procurrens W. Kit. f. **rhodopensis** Form. = **A. procurrens** W. Kit. typ.

Katlovi skali et Sv. Theodor in val. Čepelarska reka in mt. Rh. Bg. (XI, 82).

Forma proposita a planta typica non differt. Nam in plantis serbicis (unde specimina ad Golemi kamen in Suha pl. lecta in herbario obvia) et bosniacis (ad Vlasenica anno 1894 ipse legi) „setas adpressas“ non solum ad marginem foliorum sed etiam subtus ad nervum medium observamus.

***Arabis bryoides** Boiss.

Flora pl. in M. (XII, 74, *Draba aizoides* L. var. *scardica* Grsb.); Nidje pl. in M. (XIII, 219, *Draba aizoides* L. var. *scardica* Grsb.); Kaimakčalan pl. in M.!

***Nasturtium officinale** Br.

Vodena in M. (XIII, 220, *Cardamine amara* L., leg. Kindl); Ilidže in B.!

Nasturtium austriacum Crantz.

Stambulovo in Bg. (VI, 21, *Lepidium latifolium* L.); Lulin pl. in mt. Rh. Bg. (1897, det. Halácsy); Sisek in Croatia!, Knežvo in Bg. (det. Halácsy).

Nasturtium silvestre Br.

Kraševo in B. (I, 34, *Roripa silvestris* Rehb.); Krupa in B. (II, 23, *Roripa palustris* Bess.); Mostar in H. (II, 23, *Roripa lippicensis* Rehb.); Vranja in S., Üsküb in M. (III, 34, det. Halácsy); Adrianopolis in T. e. (IV, 27); Üsküb, Karasu pr. Bitolia (det. Halácsy) et Bratučina pl. (det. Halácsy) in M. (V, 27); Bratindol in M. (V, 27, *N. thraecicum* Grsb., det. Halácsy); Pirot in S., Ichtiman in Bg. (VI, 21); Gorno Divjak, Petrina et Ochrida in M. (VII, 32); Demir-Kapu, Korešjani, Červec (det. Halácsy) in M., Dokimi in P. (IX, 80, det. Halácsy); Magoula pr. Karditsa in Th. (X, 57, *N. proliferum* Heuff., det. Halácsy); Lažene in mt. Rh. Bg. (XI, 82, *N. proliferum* Heuff.); Philippopolis et Alabak in Bg. (XI, 82); Kažani in M. (XII, 75); *Zygos* in P. (1895, *N. pyrenaicum* Br. in sch., det. Halácsy); Sisek in Croatia!; Pritoka, Vrbanja et Brod ad fl. Drina in B.!; Domanović in H.!; Batak in Bg.!; Beleš pl. in M.!

Loca excludenda:

Jailadžik in Bg. (VI, 21 = *N. proliferum* Heuff.); Vodena in M. (XIII, 220 = *N. proliferum* Heuff.).

Nasturtium proliferum Heuff.

Jailadžik in Bg. (VI, 21, *N. silvestre* Br.); Karasu pr. Bitolia et Velušina in M. (VII, 32); Flora pl. in M. (IX, 80, *N. lippicense* DC. et *Cardamine impatiens* L.!); Priiep in M. (XII, 75); Vodena in M. (XIII, 220, *N. silvestre* Br.).

Loca excludenda:

Lažene in mt. Rh. Bg. (XI, 82 = *N. silvestre* Br.); Magoula pr. Karditsa in Th. (X, 57 = *N. silvestre* Br.).

Nasturtium proliferum Heuff. var. **brevicarpum** n.

Üsküb in M. (V, 27, pro typica det. Dr. Halácsy).

Siliculae 2—3-plo longiores ac latae, ovato-oblongae, racemi fructiferi densi, umbelluliformes.

In herbario duo specimina fructifera repperi, quorum siliculae eis *N. brachycarpi* CAMEy satis similes (comparo plantam a dom. Becker ad Wolgam lectam). Siliculae plantae rossicae sunt ovatae

stylo parum longiore tenuiore terminatae, racemi fructiferi valde elongati, nec umbellis densis similes.

Nasturtium palustre DC.

Specimina plantae ad Krupa in B. (II, 23) lectae et pro *Roripa palustri* Bess. designatae ad *N. silvestre* Br. spectant.

Nasturtium lippicense DC.

Planta vera huius nominis in herbario non obvia.

Loca excludenda:

Mostar in H. (II, 23 = *N. silvestre* Br.); Mojna in M. (VII, 32 = *Sisymbrium altissimum* L.); Flora pl. in M. (IX, 80 = *N. proliferum* Heuff.).

Nasturtium thracicum Grsb.

Monastir Hagios Athanasios in M. (XIII, 220).

Loca excludenda:

Bratindol in M. (V, 27 = *N. silvestre* Br.); Čerņičani in M. (VII, 32 = *Sisymbrium altissimum* L.).

Nasturtium pyrenaicum Br.

Planta ad Dokimi in P. (IX, 80) indicata non obvia in herbario; reperi tantum specimina in Serbia lecta (sine loci special. indicatione).

Cardamine amara L.

Planta e Vodena in M. (XIII, 220, leg. Kindl) ad *Nasturtium officinale* Br. spectat.

Cardamine impatiens L.

Balia pl. in M. (IX, 80, det. Halácsy).

Locus excludendus:

Flora pl. in M. (IX, 80 = *Nasturtium proliferum* Heuff.).

Cardamine graeca L.

Vodena in M. (XIII, 220).

Dentaria bulbifera L.

Flora pl. in M. (IX, 80).

Hesperis tristis L.

Speciem hanc ad Logorište pr. Alexinae in S. indicatam (IX, 80) in herbario non vidi.

Hesperis matronalis L.

Specimina plantae ad Sisek in Croatia indicatae (II, 23) non obvia in herbario.

Hucce pertinet *Sisymbrium strictissimum* L. ad Banjaluka in Bosnia lectum (I, 35, det. Vukotinović).

***Malcolmia maritima Br.**

Sarajevo in B. (I, 35, Matthiola incana Br., det. Vukotinović).

Alliaria officinalis Andrz.

Vodena in M. (XIII, 219, leg. Kindl); Luben pl. in M. (XIII, 220, Barbarea vulgaris Br.).

Erysimum bisaccatum Form. — Cheiranthus Cheiri L. var. Senoneri (Heldr. & Sart.)

In arenosis insulae Oxia Aearnaniae (XIV, 79, leg. Leonis).

In descriptione nonnullae notae haud recte indicantur. Tota planta pube adpressa, bipartita canescens, siliquae (semimaturae) lineares ca. 2 mm latae (ex Halácsy, Conspectus Fl. gr. I, 63 sunt 7 mm latae) a latere non compressae, styli siliquae latitudine sublongiores (ca. 3 mm longi); lobi stigmatum patentes. Ob caules ramosos, folia distinctius petiolata stylosque satis longos hucce adnumero.

Erysimum Boryanum Boiss. & Spr.

Specimen unicum incompletum ad Plessidi in Th. lectum et a Dre Halácsy determinatum (III, 34) habet siliquas tetragonas, nec a dorso compressas, qua re certe hucce non spectat et potius *E. graecum* Boiss. & Heldr. revocat. Exacte non determinandum.

***Erysimum Boryanum Boiss. & Spr. var. pindicum Hausskn.**

M. Pirgo in mt. Ot. Th. (X, 57, *E. graecum* Boiss. & Heldr.) Siliquae a dorso manifeste compressae, erecto-patulae.

Erysimum pectinatum Bory & Chaub.

Petrina pl. in M. (VI, 33. det. Halácsy); Petrina pl. in M. (VII, 33. *E. canescens* Roth.); Galicica pl. in M. (XII, 75, *E. canescens* Roth.).

Erysimum banaticum Grsb. (= *E. comatum* Panč.).

Specimina plantae ad Mojna in M. lectae et a beato Dr. Borbás determinatae (VII, 33) ad *E. canescens* Roth. referenda.

Erysimum comatum Panč. (*E. banaticum* Grsb.).

Golemi kamen in Suha pl. S. (III, 34. leg. Ilić).

Erysimum lanceolatum R. Br.

Specimina plantae ad Giov. di Medua in A. indicatae (VIII, 38) in herbario non vidi.

Erysimum australe Gay.

Teste Dre Halácsy (Consp. Fl. gr. I, 66) hucce adnumeranda specimina manca (fructifera fragmenta caulium) in Pelio et Milouna in O. th. lecta (IX, 80, *E. graecum* Boiss. & Heldr.).

In herbario beati Freyn permulta specimina *E. australe* Gay. a Reverchon in Hispania Galliaque lecta comparo, quae diagnosin in Conspectu Fl. gr. datam aegre quadrant. Siliquae (eis *E. helvetici* DC. similes), pedicello crasso, brevi insidentes, canescentes, ad angulos non glabrescentes, vix arcuatae, erectae vel erecto-patulae, stylus eorum latitudine semper multo longior (plus duplo), stigma bilobum. Siliquae plantae thessalae eis *E. canescentis* Roth. similes sunt, exceptis pedicellis longioribus et tenuioribus. Plantam nostram, cuius fragmenta exacte non determinanda, ulteriori observationi commendo.

Erysimum odoratum Ehrh. (*E. panonicum* Cr.).

Ratkovo, Novoselje, val. fl. Vrbas pr. Aginoselo (det. Borbás), Surjan, Jajce (det. Borbás) in B. (II, 23).

Erysimum carniolicum Doll.

Dugopolje in B. (II, 23); Ključ, Jajce in B.!

Locus excludendus:

Doboj in B. (I, 35 = *E. cuspidatum* MB.).

***Erysimum canescens* Roth.**

Üsküb, Saloniki (det. Halácsy), Han Dervent et Kerečkői (det. Halácsy) in M. (III, 34); Kara Baır ad Ichtiman in Bg. (VI, 21); Mojna in M. (VII, 33, *E. banaticum* Grsb.); Lopatnica, Čer-
ničani, Maglenci in M. (VII, 33); Tatar Pazardžik, Džemdem Tepe
pr. Philippopolin, Kneževo, Belovo, val. Elidere, Lažene, Stani-
maka, Bačkovo in Bg. (XI, 83); Petrina pl. in M. (XII, 75); m.
Xerolivadon in M. (XIII, 219); Gorica pr. Niš in S. (1889)!; Adria-
nopolis in T. e. (1890).

Loca excludenda:

Petrina pl. in M. (VII, 33 = *E. pectinatum* Bory & Chaub.); Gali-
čica pl. in M. (XII, 75 = *E. pectinatum* Bory & Chaub.).

***Erysimum graecum* Boiss. & Heldr.**

Ad Athenas Atticae (XIV, 79, leg. Leonis, det. Halácsy).

Loca excludenda:

Pelion, Milouna in O. th. (IX, 80, vide *E. australe* Gay.); m. Pirgo
in mt. Ot. Th. (X, 57 = *E. Boryanum* B. S. var. *pindicum* Hausskn.).

***Erysimum cuspidatum* MB.**

Doboj in B. (I, 35, *E. carniolicum* Doll., det. Vukotinović);
Bitolia, Smolevo, Lubunova in M. (V, 27, var. *macedonicum* Form.);
Dragožani, Barešani in M. (VII, 33, var. *macedonicum* Form.);
Demir-Kapu, Červec, Flora pl. in M. (IX, 80); Pržigrad pl. et Bara
pl. in M. (IX, 80, var. *macedonicum* Form.); Mavrika, Katasara,
Jurti in mt. Ot. Th. (X, 57); Belovo, Parnevo in val. Elidere in
mt. Rh. Bg. (XI, 83); Flora pl., Ošlan in M. (XII, 75); Baba pl.
in M. (XIII, 219); Karaferia in M. (XIII, 219, var. *macedonicum*
Form.); Glavići pr. Konjica in H. !; Üsküb pr. Saloniki in M. (1891,
E. pannonicum Cr. in sch.); Ozren pl. in S. (1892); Drenovo in
mt. Rh. Bg.

***Erysimum cuspidatum* MB. var. *macedonicum* Form. 1891**

= ***E. cuspidatum* MB. typ.**

Bitolia, Smolevo, Lubunova in M. (V, 27).

Caules etiam in planta typica patule ramosi observantur, siliquae latitudo et stylosum longitudo variabilis. Specimina plantae ad Demir-Kapu (IX, 80) et Katasara (X, 57) lectae et pro typica designatae stylos breviores, siliquas latiores habent (probab. putatione deformata).

Conringia orientalis Andrz.

Planta vera in herbario non obvia.

Locus excludendus:

Narečen in val. Čepelarska reka mt. Rh. Bg. (XI, 83 = *Vaccaria parviflora* Meh.!)

Sisymbrium strictissimum L.

Specimina ad Banjaluka in B. lecta (I, 35) ad *Hesperidem matronalem* L. spectant.

Sisymbrium Sophia L.

Vodena in M. (XIII, 219); Dobož in B.!

Sisymbrium altissimum L. (S. panonicum Jacq., S. Sinapistrum Grtz.).

Mojna in M. (VII, 33); Mojna in M. (VII, 32, *Nasturtium lipicense* DC.); Černičani in M. (VII, 32, *Nasturtium thracicum* Grsb.); Kerasia Sina in Th. (X, 57, det. Halácsy); Oslop in M. (XII, 75, det. Borbás); Oslop in M. (XII, 75, S. Columnae Jacq.); Krklino in M. (1893).!

Locus excludendus:

Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 83 = S. Loeseli L.).

Sisymbrium orientale L. (S. Columnae Jacq.).

Dervent-Balkan in M., Selicany in mt. Ossa Th. (III, 34, det. Halácsy); Demir-Kapu in M. (III, 34, *Diploaxis tenuifolia* DC.); Adrianopolis in T. e. (IV, 27); Üsküb et Lubunova in M. (V, 28); Prugovac in S. (VI, 21); Piroto in S. (XI, 83); Vodena in M. (XII, 75); Hagios Athanasios (det. Halácsy) et Doxa in M. (XIII, 219); Karasu pr. Bitolia in M. (1891); Momena čuka pl. in M. (1895, det. Halácsy); Tafilvrıs in O. th. (1895, det. Halácsy); Džemdem Tepe pr. Philippopolin et Tatar Pazardžik in Bg. (1897, det. Halácsy).

Loca excludenda:

Tursko brdo pr. Paraćin in S. (V, 28 = S. Loeselii L.); Pirot in S. (VI, 21 = S. Loeselii L.); Trikala in Th. (X, 56 = S. Loeselii L.); Oslop in M. (XII, 75 = S. altissimum L.).

Sisymbrium orientale L. var. **leiocarpum** DC.

Heliosperma quadrifidum Rehb. f. **pudibundum** (Grsb.) Beck.
M. Midžor in S. (XI, 92).

Heliosperma quadrifidum Rehb. ♂) **pusillum** (Rehb.).
(*Silene pusilla* W. Kit.).

Orlovač, Dumoš pl. in H. (II, 25); Karlovo in Bg. (IV, 29, pro typico); Mirčevića pl. in M. (IX, 88, pro typico); Golemi kamen in Suha pl. S.!

Heliosperma Tommasinii (Vis.) Rehb. var. **glabrescens** m.

Val. Zalomska pr. Plužine in H. (II, 25, pro typico a Dre. Borbás determinatum).

Caules fere glabri, internodiis glutinoso-viscidis, folia praesertim ad paginam superiorem glabrata, margine longe ciliatula.

Specimina montenegrina, quae cl. Rohlena mecum benevole communicavit, indumento glanduloso-pubescenti differunt.

Cucubalus baccifer L.

Modra in B. (I, 38); Sela pr. Sisek in Croatia (II, 25); ad rip. fl. Una pr. Krupa in B. (II, 25); Demirhissar et Dragomanci in M. (XIII, 225).

Plantae ad Kristofor, Dihovo et Lubunova in M. (V, 31), Sakardža in mt. Rh. Bg. (VI, 23) et Rosomani in M. (VII, 39) lectae formam **villosulām** m. sistunt.

Tota planta praesertim ad caules et pedicellos floriferos pilis longis, crispulis dense villosula.

Plantae typicae pilis brevibus dense puberulae sunt, pilis longis rarius intermixtis.

Silene coesia S. S. ♂) **pindicola** Halácsy,
Consp. Fl. gr. I, 159.

M. Koritino pr. Krania in P. (IX, 86, pro typ.).

***Silene fabarioides** Hausskn.

Balia pl., Pržigrad pl. in M. (IX, 86, S. *Cucubalo* Wib.).
Calices 10-nerviū, nec ut in S. *Cucubalo* Wib. 20-nerviū!

Silene Cucubalus Wib. (*S. inflata* Sm.).

Ins. Prinkipo in As. (IV, 30); m. Peristeri (V, 31) et Gobeš-Balkan (VII, 40) in M.; m. Ostrec in mt. Rh. Bg. (XI, 93); Prži-grad pl., Dudiica pl. et m. Korthiati in M. (XII, 81); Callithea Atticae (XIV, 80); Hadžibarica pl. (1895) et Treskavec pl. (1898) in M.

Loca excludenda:

Balia et Pržigrad pl. (IX, 86 = *S. fabarioides* Hausskn.); st. Phlambures et m. Mitrica in mt. Ch. (X, 62 = *S. commutata* Guss.); Vodena in M. (XIII, 226 = *S. commutata* Guss.).

Silene commutata Guss.

St. Phlambures et m. Mitrica in mt. Ch. Th. (X, 62, *S. Cucubalus* Wib.); Vodena in M. (XIII, 226, *S. Cucubalus* Wib.).

***Silene Asterias** Grsb.

Vlasina in S.! Cum speciminibus bulgaricis identica.

Silene compacta Fisch.

Col. Chaduma pr. Adrianopolin (det. Halácsy), Jeni-Mahale (det. Halácsy), Rumeli-Kavak in T. e.; Olympus (det. Halácsy) in As. (IV, 30); Bačkovo in mt. Rh. Bg. (XI, 94).

Specimen mancum, in Olympo bithyno lectum et pro *S. armeria* L. a Dre Halácsy determinatum (IV, 30) hucce referendum.

Silene armeria L.

Col. Orlovik pr. Žepče in B. (I, 38, det. Borbás), col. Coška pr. Vranja in S. (III, 37), Vladaja ad rad. Vitoša pl., m. Sakardža in Bg. (VI, 23), Blatec pl. in M. (IX, 86); val. fl. Jadenica, Katlovi skali, Mlekovica, val. fl. Stara reka, Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 94); m. Treskavec in M. (XII, 83), Beleš pl., Kruševsko brdo et Pusta reka pl. in M. (XIII, 226); Beleš pl. in M. (XIII, 226, *S. macrocarpa* Form.).

Loca excludenda:

Olympus in As. (IV, 30 = *S. compacta* Fisch.); Kruševo in M. (VII, 40 = *S. Lerchenfeldiana* Baumg.); Treskavec in M. (XII, 83 = *S. Lerchenfeldiana* Baumg. p. p.).

Silene macrocarpa Form. = **S. gigantea** L.

Han Dervent ap. Saloniki in M. (III, 38).

Quamquam iam Dr. Halácsy plantam ad Han Dervent in M. anno 1898 lectam et ad ipsum a Dre Formánek missam pro *S. gigantea* L. determinaverat, nihilo minus specimina ea Dr. Formánek in tract. XII, 82 iterum per longum et latum describit et ea a *S. gigantea* L. (*S. pseudonutans* Panč.) diversa esse affirmat notasque differentiales enumerat, quae non adsunt. In descriptione originali scriptum legimus, capsulam carpophoro sublongiorem esse; sed in speciminibus carpophorum capsula subtriplo longius invenimus. Incredibile dictu Formánek ad suam *S. macrocarpam* plantam diversissimam, *S. longipetalam* Vent. (XII, 83, pro var. *attica* Form.), ponit, quam antea in tract. XIV, 80 pro *S. attica* Form. descripsit.

In herbario Formánekii specimina pro *S. macrocarpa* Form. designata e hisce locis repperi: Han Dervent in M. (III, 38 = *S. gigantea* L.); Vodena, Kerečkői et Han Dervent (det. Halácsy) in M. (XII, 82 = *S. gigantea* L.); Vietrena et Hagios Athanasios in M. (XIII, 226 = *S. gigantea* L.); Beleš pl. in M. (XIII, 226 = *S. armeria* L.).

Silene gigantea L.

Han Dervent pr. Saloniki in M. (III, 38 et XII, 82, *S. macrocarpa* Form.); Patsios in O. th. (IX, 88, *S. densiflora* d'Urv.); Vodena et Kerečkői in M. (XII, 82, *S. macrocarpa* Form.); Vietrena et Hagios Athanasios in M. (XIII, 226, *S. macrocarpa* Form.); Ephemiades in E. (1899, *S. Otites* Sm. in sch.).

? **Silene gigantea** L. var. **viridescens** Boiss.

Specimina plantae ad Pharsalos in Th. lectae, a Dr. Halácsy determinatae (IX, 86) ad S. Škorpili Velen. referenda.

Silene viscosa Pers. (*Melandrium viscosum* Čelak.).

In herbario deest; specimina ad Sakardža et Ichtiman anno 1892 lecta cum *S. noctiflora* L. identica.

Silene flavescens W. Kit.

Bela Palanka in S. (III, 37); col. Bunardžik pr. Philippopolin et Karlovo in Bg. (IV, 30); Pirot in S. (XI, 93); Belovo et Bjela Crkva in mt. Rh. Bg. (XI, 93); Ozren in S. (1892)!: Dlegovo Usojke, Kale pr. Stanimaka et monastir Bačkovo in mt. Rh. Bg.

Loca excludenda:

Kerečkői in M., Koryza et Kalabaka in Th. (III, 37 = S. thessalonica Boiss. & Heldr.); Han Dervent in M. (XII, 80 = S. thessalonica Boiss. & Heldr.); Velestinos in Th. (III, 37 = S. linifolia S. S.); Gorničova et Čeganska pl. in M. (XII, 80 = S. radicata Boiss. & Heldr.); Demirhissar in M. (XIII, 225 = S. thessalonica Boiss. & Heldr.).

Silene thessalonica Boiss. & Heldr.

Kerečkői in M., Koryza et Kalabaka in Th. (III, 37, S. flavescens W. Kit.); Han Dervent in M. (XII, 80, S. flavescens W. Kit.); Demirhissar in M. (XIII, 225, S. flavescens W. Kit.).

Indumento glanduloso-viscido, carpophoro parum longiore (9 mm) et floribus fasciculatis nec solitariis a *S. flavescenti* W. Kit. diversa.

Locus excludendus:

M. Korthiati in M. (XII, 81 = S. italica P.).

Silene paradoxa L.

Malakasi in P. (III, 37, det. Halácsy); Lahce (det. Halácsy), Bratučina et Lubunova in M. (V, 31); Dolenci et Petrina pl. in M. (VII, 40); col. Ardomista in E. (VIII, 41); Pržigrad pl. et Momena čuka pl. in M. (IX, 86); Kerečkői, Vodena, Ošlan et Bratučina pl. (XII, 81, S. paradoxa L. subsp. multiflora Form.) et Ošlan pl. in M. (XII, 81, S. viridiflora L.); Radnja, Derčevica, Dragomanci in M. (XIII, 226, S. paradoxa L. subsp. multiflora Form.); Podvelež pr. Mostar in H.!: Bara pl. in M. (1895).

Loca excludenda:

Said Pascha et Dokimi in P. (III, 37 = S. Schwarzenbergeri Hal.); m. Kaimakčalan et m. Peristeri in M. (XII, 81 = S. Waldsteinii Grsb. [S. macropoda Vel. var. media Vel.]); m. Doxa in M. (XIII, 226 = S. staticifolia S. S.).

Silene paradoxa L. subsp. **multiflora** Form. 1898
= **S. paradoxa** L. typ.

In collibus ad Kerečkõi, Vodena, Ošlan et Bratučina pl. in M. (XII, 81).

Specimina haec iam a Dr. Halácsy pro typica determinata, porro ea ad Radnja, Derčevica et Dragomanci lecta a typo nulla nota differunt. Caules summopere 40 cm alti, calices dense glanduloso-viscidi, circa 2·5 cm (nunquam 1·5 cm) longi. Specimina in regione superiore m. Kaimakčalan (caulibus superne non viscidis) et m. Peristeri in M. (XII, 81) lecta et pro typica *S. paradoxa* L. determinata ad *S. Waldsteinii* Grsb. (*S. macropoda* Velen. var. *media* Velen.) pertinent, quae cum *S. multicauli* Guss. affinis.

Silene tymphaea Form. 1895 = **S. Schwarzenbergeri**
Halácsy.

Said Pascha et Dokimi in P. (IX, 87).

Dr. Formánek hanc speciem ad Dokimi in Pindo anno 1889 primus detexit eamque ad Dr. Halácsy misit, qui ipsam pro *S. paradoxa* L. var. ? designavit (III, 37). Anno 1895 Dr. Formánek plantam nostram iterum ad Said Pascha in Pindo collegit eamque pro *S. tymphaea* Form. descripsit. In descriptione originali ipsam cum *S. Schwarzenbergeri* Hal. comparat, quam Dr. Halácsy *) anno 1894 pro specie nova declaravit. Differentiae a Dre Formánek enumeratae in speciminibus non reperiuntur: indumentum identicum, folia radicalia obovato-spathulata, saepissime plicata, mucronata, *petala livida unguesque eorum glabri*, capsula carpophorum adaequans nec eo $1\frac{1}{2}$ —2(3) plo brevior. Hucce specimina a Sintenis in m. Zygos anno 1896 lecta (nro 938) et pro *S. Roemeri* Friv. ? a beato J. Freyn determinata (Hb. Freyn) certe referenda.

* **Silene Schwarzenbergeri** Halácsy.

Said Pascha et Dokimi in P. (III, 37, *S. paradoxa* L. var. ? et IX, 87, *S. tymphaea* Form.); Malakasi in P. (1889)!

*) Beitrag zur Flora von Thessalien, Seite 8, Taf. II.

Silene italica P. (*S. nemoralis* W. Kit.).

M. Peristeri in M. (VII, 40, det. Halácsy); Mirčevica pl. in M. (IX, 86, det. Halácsy); m. Korthiati in M. (XII, 81, *S. thessalonica* Boiss. & Heldr.); Dubovik turski in B. (1887, det. Borbás); Studena in S. (1889)!; Bukovo in M. (1893)!; Vodena in M. (1899, *S. macrocarpa* Form. in sch.).

Loca excludenda:

Col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e. (IV, 30 = *S. Škorpili* Velen.): Gradsko et Ulanca in M. (V, 31 = *S. Škorpili* Velen.).

***Silene Škorpili** Velen.

Col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e. (IV, 30, *Silene italica* P.); Gradsko et Ulanca in M. (V, 31, *S. italica* P.); Pharsalos in Th. (IX, 86, ?*S. gigantea* L. var. *viridescens* Boiss.); Plovdiv in Bg. (*S. Frivaldskyana* Hampe in sch.).

Silene nutans L.

Indicatur ad Jajce in B. (II, 25), in herbario non obvia.

Silene viridiflora L.

Gobeš-Balkan in M. (VII, 40, det. Halácsy); Sv. Stevan in S., Balia pl., Flora pl., Pržigrad pl. et Blatec pl. in M. (IX, 87); Balia pl. in M. (IX, 88, *S. Otites* Sm. var. *macedonica* Form.); m. Ghavellu in mt. Ag., st. Kucuro, Phlambures et m. Mitrica in mt. Ch. et Hepdominta Aderfia in mt. Ox. Th. (X, 63); val. fl. Jadenica et Stara reka in mt. Rh. Bg. (XI, 93); Ošlan in M. (XII, 81, p. p.); Dokimi in P. (1889)!; Bratučina pl. in M. (mixta cum *S. paradoxa* L.); Sasina et Stratinska in B.!; Postran in M. (1899)!

Loca excludenda:

Kamenicka pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 93 = *S. noctiflora* L.); Ošlan in M. (XII, 81 = *S. paradoxa* L. p. p.).

Silene Niederi Heldr.

St. Kucuro in mt. Ch. Th. (X, 63, det. Halácsy); Kristotades et Hagia Paraskevi in mt. Ch. Th. (X, 63, *S. densiflora* D'Urv.).

* *Silene longipetala* Vent.

Ad Callitheam inter Phaleron et Athenas (XIV, 80, *S. attica* Form. 1897 et XII, 83, *S. macrocarpa* Form. var. *attica* Form. 1898).

***Silene attica* Form. 1897 = *S. longipetala* Vent.**

Ad Callitheam inter Phaleron et Athenas (XIV, 80, leg. Leonis). Specimina in herbario asservata cum atticis *S. longipetalae* Vent. optime conveniunt. In diagnosi originali petala et proportiones carpophori haud recte describuntur: lamina petalorum alba, in lacinias lineares, longissimas bipartita capsulaque ovata, carpophoro 3–4-plo longior. Comparatio Formánekii cum *S. Otite* Sm. et *S. densiflora* D'Urv. vix apta; planta nostra inter „Lasio-stemonas“ in proximam affinitatem *S. Niederi* Heldr. locanda.

***Silene Frivaldskyana* Hampe.**

Col. Bunardžik in Bg. et col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e. (IV, 30, det. Halácsy); col. Visoko Tepe, Kovanluk et m. Sakardža in Bg. (VI, 23, det. Halácsy); Mojna in M. (VII, 40); Černičani in M. (VII, 40, *S. Otites* Sm. var. *macedonica* Form. 1889); col. Džemdem Tepe pr. Philippopolin et Lažene in mt. Rh. Bg. (XI, 93); Goricko, Prilep, lac. Presba et Perovo in M. (XII, 81); Köprülü in M. (XIII, 225); Borula in M.; Stanimaka pr. Philippopolin in Bg.; col. Coška pr. Vranja in S. (1889)!

In colle Bunardžik pr. Philippopolin Bulgariae Formánek specimina (cum plantis typicis) legit, quae formam **purpurascensem** m. sistunt. Caules, bracteae, calices cum pedicellis intense purpurascens; folia inferiora praesertim ad margines purpurascens-viridia.

* *Silene longiflora* Ehrh.

Žepče in B. (1887)!; Lažene in Bg.!

* *Silene staticifolia* S. S.

Petrino in M. (VII, 40, cum *S. paradoxa* L. mixta); Dokimi in P., Godaman in O. th. (IX, 88, *S. radicata* Boiss., det. Halácsy); m. Pirgo et Jurti in mt. Ot. Th. (X, 62, *S. Othryana* Form.); m. Doxa in M. (XIII, 226, *S. paradoxa* L.).

Silene Othryana Form. 1896 = **S. staticifolia** S. S.

M. Pirgo et Jurti in mt. Ot. Th. (X, 62).

Folia speciminum non spathulato-lanceolata, sed lineari-lanceolata sunt, non solum petiolo, sed toto margine scabrido-ciliata, petalorum laminae albiae. A *S. paradoxa* L., quaecum comparatur, longe distat.

Silene radicata Boiss. & Heldr.

Drepani in Th. (IX, 88, det. Halácsy); Mavrika et Katasara in mt. Ot. Th. (X, 63, *S. obtusidens* Form.); Čeganska pl., Gorničova pl. in M. (XII, 80, *S. flavescens* W. Kit.); Ghavellu et Sermenikon in mt. Ag. Th. (1896)!; Said Pascha in P. (mixta cum *S. Schwarzenbergeri* Hal.)!

Loca excludenda:

Dokimi in P. et Godaman in O. th. (IX, 88 = *S. staticifolia* S. S.).

Silene obtusidens Form. 1896 = **S. radicata**

Boiss. & Heldr.

Mavrika et Katasara in mt. Ot. Th. (X, 63).

In descriptione originali dentes calicis lanceolati, obtusi, laminae petalorum purpureae erronee describuntur. Dentes calicis lanceolati, acuti, folia margine retrorsum cartilagineo et pagina inferiore ad nervum medium dense albo-ciliata sunt. In affinitatem *S. Canopicae* Del. non spectat.

***Silene Reichenbachii** Vis. (*S. picta* Rchb.).

Vrabac pr. Konjica in H. (1887)!

Silene linifolia S. S.

Velestinos in Th. (III, 37, *S. flavescens* W. Kit.); Flora pl. in M. (IX, 88, det. Halácsy); Neraida in Th. (X, 63, det. Halácsy).

Silene densiflora D'Urv.

Han Dervent et Saloniki in M. (III, 38, *S. Otites* Sm. var. *macedonica* Form.); col. Džemdem Tepe pr. Philippopolin in Bg. et col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e. (IV, 30, *S. Otites* Sm.)

var. *macedonica* Form.); Stanimaka in Bg. (XI, 94, S. *Otites* Sm.); Janek karakol dere su ap. Saloniki in M. (XII, 82); Ostrovo in M. (XII, 82, S. *Otites* Sm.); Demirhissar et Karaferia in M. (XIII, 226); Demir-Kapu!, Dervent Balkan! et Laina in M.

Loca excludenda:

Patsios in O. th. (IX, 88 = S. *gigantea* L.); Kristotades et Hagia Paraskevi in mt. Ch. Th. (X, 63 = S. *Niederi* Heldr.).

Silene Sendtneri Boiss.

Trebević pr. Sarajevo in B. (I, 38, det. Borbás); Smoljana et Gradina pr. Kalinovik in B. (II, 25); Sibecki livadi in Suha pl. S. (III, 38); Gorica pr. Niš in S.

Locus excludendus:

Chaliki in P. (III, 38 = S. *Roemeri* Friv., ut in tract. IX, 88 ab ipso Dre Formánek correctum reperimus.).

Silene Otites Sm.

Gorica pr. Niš in S.! Cum specimenibus bohemicis identica.

Loca excludenda:

Vitoša pl. et Kneževo in Bg. (VI, 23 = S. *Roemeri* Friv.); Stanimaka in Bg. (XI, 94 = S. *densiflora* D'Urv.); Ostrovo in M. (XII, 82 = S. *densiflora* D'Urv.).

Silene Otites var. *macedonica* Form. =

S. densiflora D'Urv.

Han Dervent et Saloniki in M. (III, 38).

Notae differentiales, quae in descriptione originali enumerantur, typicae *S. densiflorae* D'Urv. propriae. Dr. Formánek varietatem suam in tract. XI, 94 pro *S. densiflora* D'Urv. ipse declaravit.

Specimina a Dre Formánek ita determinata ex hisce locis repperi: Han Dervent et Saloniki in M. (III, 38 = S. *densiflora* D'Urv.); Džemdem Tepe pr. Philippopolin in Bg. et col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e. (IV, 30 = S. *densiflora* D'Urv.); Černičani in M. (VII, 40 = S. *Frivaldskyana* Hampe); Balia pl. in M. (IX, 88 = S. *viridiflora* L.).

Silene Roemeri Friv.

Smolevo, Brusnik in M. (V, 31), Peristeri in M. (V, 31, det. Halácsy); m. Sakardža in Bg. (VI, 23); Trstenik, Gorno Divjak, Kruška kula, Diavato, Petrino et Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 40); Chaliki in P. (IX, 88, det. Halácsy); Sakardža et Ostrec in mt. Rh. Bg. (XI, 93, *S. Roemeri* Friv. subsp. *balcanica* Form. 1897); Bratučina pl., Lubunova et Petrina pl. in M. (XII, 81, pro subsp.); Pusta reka, Baba pl., Postran pl. in M. (XIII, 226, pro subsp.); Kneževo et Vitoša pl. in Bg. (VI, 23, *S. Otites* Sm.); Kristofor in M. (1891)!; Stambulovo in Bg. (1892); Orehovska pl. in M. (1898)!

Specimina in m. Peristeri et Chaliki in P. (1891, a Dr. Halácsy pro *S. Sendtneri* Boiss. determin.) lecta formam **macrocarpam** m. sistunt, quae capsulis duplo fere maioribus ac in plantis bulgaricis insignis.

Silene Roemeri Friv. subsp. **balcanica** Form. 1897

= **S. Roemeri** Friv. (forma umbrosa?).

Val. Elidere in mt. Rh. Bg. (XI, 93).

Subspecies haec secundum specimina in valle Elidere mt. Rh. Bg. lecta descripta et probabiliter cum *S. Roemeri* Friv. var. *rhodopea* Podpěra 1902*) identica formam umbrosam plantae typicae sistere videtur, in qua inflorescentia saepius ramosa laxiorque observatur.

In descriptione originali huius „subspeciei“ Dr. Formánek differentias a planta typica non indicat, de affini *S. Sendtneri* Boiss. (XI, 94) solum mentionem facit et affirmat „hanc plantam in Serbia et Bulgaria rarissime crescentem cum vulgari et imperfecte descripta *S. Roemeri* Friv. saepe confusam fuisse; quam ob rem plantam bulgaricam pro subsp. *balcanica* ipsum descripsisse“!

Silene Lerchenfeldiana Baumg.

Plasnica pl. et Pusta reka pl. in M. (VII, 40, *S. macedonica* Form.); Kruševo in M. (VII, 40, *S. armeria* L.); Katlovi skali in mt. Rh. Bg. (XI, 92, *S. Lerchenfeldiana* var. *rhodopea* Form. 1897); m. Kaimakčalan et Nerečka pl. in M. (XII, 80, *S. mace-*

*) Ein Beitrag zu den Vegetations-Verhältnissen von Südbulgarien in Verhandlungen der zool.-bot. Gesellschaft in Wien, 1902, Seite 633.

donica Form.); Treskavec pl. in M. (XII, 83, mixta cum *S. armeria* L.); Skočivir in M. (XIII, 225); Maglenci in M. (1893); Petrino in M.!

Silene Lerchenfeldiana Baumg. var. **rhodopea** Form. 1897
= **S. Lerchenfeldiana** Baumg. typ.

Katlovi skali in mt. Rh. Bg. (XI, 92).

Specimina in rupestribus ad Katlovi skali in mt. Rh. Bg. lecta a planta typica non diversa. Petala manifeste rosea, nec flavido-viridia seminaque eiusdem formae ac in planta typica.

Silene macedonica Form. 1893 = **S. Lerchenfeldiana** Baumg.

Plasnica pl. et Pusta reka pl. in M. (VII, 40).

Dr. Formánek plantam nostram cum *S. Lerchenfeldiana* Baumg. quidem comparat, attamen differentiae enumeratae non adsunt: folia manifeste acuta sunt, pedunculi florum inferiorum calicis longitudinem adaequant, in superioribus calice breviores sunt, petala conformia, capsula carpophoro parum brevior.

In speciminibus siccis color petalorum aegre dignoscendus. Plantae in Plasnica pl., Pusta reka pl. (VII, 40), Kaimakčalan et Nerečka pl. M. (XII, 80) lectae a bulgaricis, quae a me anno 1887 in m. Osogovska pl. ad fines Macedoniae et in m. Rilo Bulgariae ab amicis. Dre Velenovský anno 1889 lectas comparo, foliis rosularum margine et ad paginam superiorem parce et crispule puberulo-ciliatulis differunt. In descriptione originali folia „velutino-pubescentia“ falso describuntur. Differentia talis vix ad describendum formae puberulae sufficit. Plantae in m. Kaimakčalan lectae folia plerumque glabra habent.

Silene Orphanidis Boiss.

Planta in Galičica pl. M. (XII, 80) lecta cum *S. parnassica* Boiss. & Spr. certe identica. Specimina satis incompleta foliis brevibus, calicibus vix 10 mm longis, ad basin bracteis binis non suffultis insignia.

Silene saxifraga L.

Flora pl. in M. (XII, 80, *S. multicaulis* Guss. var. *ottomanica* Form.); Kaimakčalan pl. in M. (XIII, 225, *S. multicaulis* Guss. var. *ottomanica* Form.). Romanja pl. in B. et Orlovac pr. Mostar in H. (II, 25, a beato col. Borbás recte determinata).

* **Silene parnassica** Boiss. & Spr.

M. Peristeri in M. (IX, 88, *S. pindicola* Hausskn.); Galičica pl. in M. (XII, 80, *S. Orphanidis* Boiss.); m. Ghavellu in mt. Ag. (X, 63, ? *S. pindicola* Hausskn.).

Silene pindicola Hausskn.

Planta vera huius nominis in herbario non obvia. Specimina ita determinata e m. Peristeri in M. (IX, 88) et m. Ghavellu in mt. Ag. Th. ad *S. parnassicam* Boiss. et Spr. pertinent. (Specimina e m. Ghavellu ad determinationem apta et satis completa!).

Silene multicaulis Guss. (*S. Kitaibelii* Vis.,
S. dalmatica Scheele).

Dumoš pl. in H. (II, 25, *S. dalmatica* Scheele, det. Borbás); Spilia in mt. Ossa Th. (III, 38, *S. rigidula* Sibth., det. Halácsy); m. Pelion in Th. et Godaman in O. th. (IX, 88, det. Halácsy).

Silene multicaulis Guss. var. **ottomanica** Form.
= **S. saxifraga** L.

Flora pl. in M. (XII, 80).

Specimina plantae in Flora pl. lectae ob calices breves, vix 7—8 mm longos a *S. multicauli* Guss. longe distant. In descriptione nonnullae notae falso indicantur. Folia 1-nervia, nec 3—5 nervia sunt, flores solitarii (caulis rarius dichotome 2-florus), nec racemosi, capsulae cum carpophoro ca. 10 mm longae. Planta haec cum stirpe bosniaca optime convenit. Specimina plantae in m. Kaimakčalan lectae et pro eadem varietate determinatae (XIII, 225) cum *S. saxifraga* L. quoque identica; capsulae eorum cum carpophoro ca. 10—12 mm longae.

Silene Kitaibelii Vis. (= **S. multicaulis** Guss.).

Dumoš pl. in H. (II, 25).

Loca excludenda:

M. Peristeri in M. (V, 32 = *S. Waldsteinii* Grsb.); Plasnica et Pusta reka pl. in M. (VII, 40 = *S. Waldsteinii* Grsb.).

Planta in m. Peristeri M. anno 1891 lecta et a Dre Halácsy pro *S. Kitaibelii* Vis. determinata hucce non pertinet; nam dense caespitosa est, caules glabri, basi tantum hic et inde scabriduli, nec breviter et dense puberuli, virides nec intense atropurpurei, folia radicalia linearia, inferne ad margines sat dense et longe ciliatula. Hisce notis ad *S. macropodam* Velen. accedit, differt autem calicibus parum brevioribus ca. 18 mm longis, capsulis ca. 10 mm longis, igitur carpophorum aequantibus. In *S. macropoda* Velen. calix 23–26 mm longus, capsula 10–11 mm longa. Specimina cum nostris identica in herbario amiciss. Dr. Velenovský pro *S. macropoda* Velen. var. *media* Velen. *) determinata vidi (Belogradčik in Bg., leg. Škorpil et Urumoff).

Diagnosis *S. Waldsteinii* Grsb. (Spicil. Fl. rum. I, 179) plantam nostram, quae caules saepissime unifloros habet, bene quadrat; qua re putaverim, beatum Grisebach hanc plantam ante oculos habuisse, nec typicam *S. macropodam* Velen., in qua carpophorum capsula duplo fere longius reperimus. Planta nostra, ut videtur, in montibus balcanicis late dispersa; possideo specimina a me in m. Osogovska pl. ad fines Macedoniae lecta (1887). Specimina plantae in m. Kaimakčalan et Peristeri M. a Dre Formánek lectae et pro *S. paradoxa* L. (XII, 81, cum adnotatione: caulibus superne non viscidis) determinatae certe hucce referenda.

Silene macropoda Velen. Fl. bulg., pag. 64.

Mlekovica, Milevi skali, Kamenicka pl., Kamenicki Alček in mt. Rh. Bg. (XI, 92, *S. papillosa* Form. 1897); Narečen et Bjela Crkva in mt. Rh. Bg.!

*) Neue Nachträge zur Flora von Bulgarien in Sitzungsber. der böhm. Gesellschaft der Wissensch. 1902, Seite 3.

Silene Waldsteinii Grsb. (*S. macropoda* Velen.
var. *media* Velen.).

M. Peristeri in M. (V, 32, *S. Kitaibelii* Vis., det. Halácsy);
Plasnica et Pusta reka pl. in M. (VII, 40, *S. Kitaibelii* Vis.); Kai-
makčalan et Peristeri in M. (XII, 81, *S. paradoxa* L.).

Silene papillosa Form. 1897 = **S. macropoda** Velen.
Fl. bulg., pag. 64.

Plantae apud Mlekovica, Milevi skali, Kamenicka pl. et Ka-
menicki Alček in mt. Rh. Bg. (XI, 92) lectae cum speciminibus
originalibus *S. macropodae* Velen. (m. Vitoša pr. Sofia in Bg.),
quacum Dr. Formánek speciem suam ipse comparat, optime
conveniunt. Differentias in diagnosi propositas statuere non pos-
sum. Calices semper ca. 23—26 cm longos, capsulas ca. 10—11
mm longas observo.

Silene noctiflora L. (*Melandrium noctiflorum* Fries).

Mlekovica pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 95); Kamenicka pl. in mt.
Rh. Bg. (XI, 93); Belovo in Bg.; m. Sakardža in Bg. (1892, *S.*
viscosa Pers. in sch.); Ichtiman in Bg. (*Melandrium viscosum*
Čelak. in sch.); Gorica pr. Niš in S.!

Silene racemosa Otth. subsp. **rumelica** Form. 1897
= **S. racemosa** Otth. typ.

Val. Elidere et m. Ostrec in mt. Rh. Bg. (XI, 94).

In herbario specimina ex hisce locis obvia: val. Elidere, m.
Ostrec in mt. Rh. Bg. (XI, 94); Drenovo, Narečen et Sv. Theodor
in mt. Rh. Bg.!

In tract. XI, 94 Dr. Formánek mentionem facit, *S. race-*
mosam Otth. in Velenovskýi Fl. bulgar. cum *S. dichotoma*
Ehrh. coniunctam fuisse, a qua „toto caelo“ diversam esse. Equi-
dem cum ipso consentire non possum, hasce plantas arcte
affines similesque „toto caelo“ diversas esse. Si affirmatio For-
mánekii recta esset, profecto plantam hanc ad Sv. Theodor
in mt. Rh. Bg. lectam pro *S. dichotoma* Ehrh. ipse non habuisset,
ut in scheda eius scriptum reperio.

Dr. Velenovský in Fl. bulg. suppl. I., quod autumno anni 1897 perfecit, species haec separat differentiasque speciales exacte enumerat. Interrogare velim Drem Formánek, qui de *S. racemosa* Othl. parum serius scripsit, cur de correctione iam a Dre Velenovský ipso (l. c. p. 36) facta nullam mentionem fecerit et plantam bulgaricam pro subsp. *rumelica* Form. 1897 ipse declaraverit, quamquam haec, ut e descriptione longa manifestum, a typo nulla nota diversa. Differentias a planta typica certe ipse statuere non potuit!

Silene graeca Boiss. & Sprun.

Vodena in M. (XIII, 226, det. Halácsy); Malakasi in P. (1889)!

* **Silene squamigera** Boiss.

M. Ghavellu in mt. Ag. Th. (X, 63, S. trinervia Seb. & Maur.).

* **Silene cretica** L.

Oslopsko brdo in M. (1892, S. nocturna L., det. Halácsy); Povelci in Th. (1896, S. Niederi Heldr., det. Halácsy).

Calicibus fructiferis apice contractis, eveniis commode dignoscenda.

Silene rigidula Sibth.

Specimina ad Spilia in mt. Ossa Th. (III, 38) lecta et a Dre Halácsy determinata certe cum *S. multicauli* Guss. identica, ut iam e caulibus non rigidis seminibusque dorso manifeste canaliculatis patet.

Silene colorata Poir.

Ad Phaleron Atticae (XIV, 80, leg. Leonis).

Silene Gallinyi Heuff. v. spec. sequent.

Silene trinervia Seb. & Maur. (S. Gallinyi Heuff.).

Bilek in H. (I, 38, pro S. Gallinyi Heuff.); Bukovo (det. Halácsy), Lahee, Bratindol, Lubunova in M. (V, 31); Mojna et Černičani in M. (VII, 40); Han Balduma et val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 40); Kataphygi in mt. Ag., Trikala et Jerakari in Th. (X, 63); Belovo

in Bg. (XI, 94); Langaza et Oslop in M. (XII, 83); Beleš pl., Su-
bocka et Malo Bidžo in M. (XIII, 226).

Locus excludendus:

Ghavellu in mt. Ag. Th. (X, 63 = *S. squamigera* Boiss.).

Silene gallica L.

Zaspa in B. (I, 38).

Silene conica L.

Saloniki, Han Dervent, Kerečkōi in M., Velestinos in Th. (III,
38); Kastri in mt. Ch. Th. (X, 63); m. Korthiati, Ostrovo in M.
(XII, 83); Serbia (sine loci spec. indic.); Vodena in M.!

Loca excludenda, ad *S. subconicam* Friv. spectantia:

Bratučino in M. (V, 32); Pletvar in M. (VII, 40); Alafovris in
mt. Ot. Th. (X, 63); Belovo in Bg. (XI, 95); Selca pl. in M. (XII, 83);
Vietrena in M. (XIII, 226).

Silene subconica Friv.

Bratučino in M. (V, 32, *S. conica* L.); Pletvar in M. (VII, 40,
S. conica L.); Alafovris in mt. Ot. Th. (X, 63, *S. conica* L.);
Belovo in Bg. (XI, 95, *S. conica* L.), Lažene, m. Ostree, Kame-
nicka pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 95); Selca pl. in M. (XII, 83, *S. co-
nica* L.); m. Linuri ap. Nevëska, m. Treskavec ap. Prilep in M.
(XII, 83); Vietrena in M. (XIII, 226, *S. conica* L.); Golešnica pl.,
Vodena, m. Sliva pr. Kruševo in M. (XIII, 226); Velestinos in Th.!

Silene Pentelica Boiss.

Planta in m. Pentelicon Atticae a Leonis lecta (XIV, 80)
ad *Saponariam graecam* Boiss. spectat. Semina dorso non ca-
naliculata sunt, sed reniformia, tuberculata.

Silene opposita Form. 1895 = **Viscaria atropurpurea** Grsb.

Balia pl. et Hadžibarica pl. in M. (IX, 87).

Si auctor huius speciei dehiscientiam capsularum maturarum,
quarum magnam copiam in herbario repperi, respectavisset, com-

mode dignoscere potuisset, plantam nostram veram *Viscariam* exhibere. Ob carpophorum capsula ellipsoidea multoties brevius *Viscariae atropurpureae* Grsb. adnumeranda. Specimina in duobus locis lecta repperi: unicum incompletum fragmentum, folia caulina gerens et fructiferum e Balia pl. in M. (IX, 87) multaque totidem fructifera, vix folia suprema gerentia e Hadžibarica pl. in M. (IX, 87). Manifestum est, diagnosin datam in omnibus notis rectam esse non posse. Petala exempli causa „flavida“ designantur, quamquam mihi ne unicum quidem invenire contigit. Specimina macedonica cum bulgaricis (in herb. meo et Dr. Veleňovský i e multis locis obvia) bene conveniunt.

Drypis spinosa L.

Krania (det. Halácsy) et Koturi in P. Th. (IX, 88).

Specimina nostra subsp. *Linneanam* Murb. & Wettst. sistunt.

Saponaria Vaccaria L. (Vaccaria parviflora Mch.)

Pharsalos in Th. (IX, 86); Mavrika in mt. Ot. Th. (X, 62); Narečen in val. Čepelarska reka mt. Rh. Bg. (XI, 83, *Conringia orientalis* Andrz.); Laina in M. (XII, 80, pro var. *grandiflora* Jaub. & Spach); Callithea Atticae (XIV, 81).

Saponaria Vaccaria L. var. grandiflora (Jaub. & Spach).

Vodena in M. (XIII, 225, leg. Kindl).

Saponaria officinalis L.

Kruška kula et lac. Ochrida in M. (VII, 39); val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 40, det. Halácsy); Momena čuka pl. in M. (IX, 86, *S. glutinosa* MB.); Balia pl. et Pržigrad pl. in M. (IX, 86); val. Stara reka in mt. Rh. Bg. (XI, 92, *S. glutinosa* MB.); Galičica pl. in M. (XII, 80, *S. glutinosa* MB.); Karasu pr. Vietrena in M.; Bačkovo in Bg.

Saponaria glutinosa MB.

Val. Elidere in mt. Rh. Bg. (XI, 92); Pržigrad pl. et Dudiica pl. in M. (XII, 80); m. Xerolivadon et Vodena in M. (XIII, 225); Drenovo in mt. Rh. Bg.

Loca excludenda, ad *S. officinalem* L. referenda:

Momena čuka pl. in M. (IX, 86); val. Stara reka in mt. Rh. Bg. (XI, 92); Galičica pl. in M. (XII, 80).

* **Saponaria graeca** Boiss.

Ad radices m. Pentelicon Atticae (XIV, 80, Silene Pentelica Boiss.).

Saponaria depressa Biv.

Said Pascha in P. (IX, 86).

Specimina nostra, monente iam Dre Halácsy (Consp. Fl. gr. I, 187), indumento calicis, qui in plantis ad Said Pascha lectis pilis articulatis, nec glandulosis dense obsitus est, parum differunt.

* **Saponaria bellidifolia** Sm.

Luben pl. in M. (1899)!

Gypsophila thymifolia S. S. (*G. hirsuta* Labill.

α) *thymifolia* Boiss. p. p.).

Kalabaka in Th. (III, 37, det. Halácsy); Patsios in O. th. (IX, 85, *G. ocellata* S. S., det. Halácsy); Kastri in Th. (X, 61); Kalabaka in Th. (X, 61, *G. ocellata* S. S.); Demirhissar, Karaferia in M. (XIII, 224); Milouna in O. th. (cum *Tunica thessala* Boiss.); Sv. Theodor in val. Čepelarska reka mt. Rh. Bg. (*G. ocellata* S. S. in sch.).

In Bulgaria adhuc a nemine observata. Specimina eis ad Kastri in Th. lectis summopere similia. An confusione quadam schedarum e Bulgaria indicatur?

Locus excludendus:

Koryza pr. Volo in Th. (IX, 85 = *G. thessala* Jaub. & Spach).

Gypsophila ocellata S. S.

Planta ad Patsios in Olympo (IX, 85) et Kalabaka in Th. (X, 61) lecta ad typicam *G. thymifoliam* S. S. spectat.

* **Gypsophila thessala** Jaub. & Spach (*G. hirsuta* Labill.

α) *thymifolia* Boiss. p. p., teste Halácsy).

Koryza pr. Volo in Th. (IX, 85, *G. thymifolia* S. S., det. Halácsy).

* *Gypsophila spergulaefolia* Grsb. var. *serbica*
Vis. & Panč.

Pribinić et Crni vrh pr. Tešanj in B. (1887)!

* *Gypsophila macedonica* Vandas *)

Perennis, caespitosa, rhizomate sat tenui, lignoso, caules multos fasciculosque foliorum fragiles edente, caulibus pumilis, vix 10—15 cm altis, filiformibus, glaberrimis, e basi prostrata arcuatim adscendentibus, inferne subsimplicibus, densiuscule foliosis, foliis oppositis, hic et inde in axillis fasciculos foliorum gerentibus, anguste linearibus, apice acuminato obtusiusculis, superne planis, sublus nervo prominulo notatis, margine cartilagineo breviter et sparse ciliolatis, vaginae sat latae, alboscariosae insidentibus, ca. 5—7 mm longis, vix $\frac{1}{2}$ mm latis. Pars caulis superior cyma corymbosa, laxa, 10—20-flora terminata, pedicellis florum tenuiter filiformibus, strictiusculis, calice multoties longioribus (ca. 10—20 mm longis), floribus eis *G. muralis* L. similibus, sed multo minoribus, cum corollis roseis vix 3·5—4 mm longis, calicis turbinato-campanulati, glabri, vix 2 mm longi, ad $\frac{1}{3}$ partem lobati, inter nervos late membranacei, dentibus brevibus, rotundatis, obtusis, petalis roseis spathulato-cuneatis, apice truncatis vel rotundatis, calice subduplo longioribus, capsula ovata, calice longiore, ca. 3 mm longa, seminibus nigris, rugulosis, minimis, subtrigonis, radícula elongata.

In Macedonia ad Bitoliam anno 1899 a Dre E. Formánek detecta et pro *Tunica saxifraga* Scop. determinata (XIII, 223). Characteribus propositis ad species perennes sectionis *Macrorrhizaea* Boiss. Fl. or. I, 536 accedit, ubi praeter *G. frankenioidem* Boiss. etiam *G. spergulaefolia* Grsb. ob radiculam seminis elongatam collocanda, a quibus planta nostra longe distat.

G. frankenioides Boiss., Asiae incola, differt indumento patule glanduloso-hirto, pedicellis florum calice subbrevioribus, capsula calice tubuloso-campanulato subbreviore.

G. spergulaefolia Grsb., Albaniae, Bosniae Serbiaeque incola, est planta multo robustior, foliis subcarnosulis, glaberrimis, mu-

*) Ungarische botan. Blätter, 1905, pag. 111—113.

eronulatis, inferioribus verticillatim sub-4-nis, caulibus strictioribus, ramosis, apice scabriusculis, pedicellis florum calicibusque glanduloso-pilosis, floribus maioribus, calicibus late viridivittatis, intervallis membranaceis angustissimis, seminibus (ca. 16) duplo vel triplo maioribus (ca. $\frac{2}{3}$ mm diametro) radículaque eorum manifestius elongata.

In eandem sectionem adnumerata *G. muralis* L. facillime dignoscenda annuitate, caulibus iam a basi ramosissimis, scabridulis, foliis plerumque longioribus et latioribus (ca. 10—15 mm longis, 1 mm latis, non ciliatis), longius acuminatis, floribus maioribus (calix 3 mm longus, capsula ovato-oblonga 4 mm longa).

Gypsophila glomerata Pall.

Col. Sv. Petka prope Stanimaka in Bg. (XI, 90).

Gypsophila muralis L.

Karlovo in Bg. (IV, 29, det. Halácsy); Kneževo, col. Kara Bañr ad Ichtiman in Bg. (VI, 22, Tunica saxifraga Scop.); monastir Sv. Kral in Lulin pl. mt. Rh. Bg. (XI, 91, Tunica saxifraga Scop.); Zaspá et Goražda in B.!; Parnevo et Jailadžik in Bg.; Adrianopolis in T. e. (1890)!

Tunica illyrica Boiss.

Banja in S.; Demir-Kapu, Saloniki (det. Halácsy), Derwent-Balkan et Kerečkõi in M.; Volo, Portaria, Kapurna, val. fl. Peneios, Malakasi (det. Halácsy) et Chaliki in P. Th. (III, 36); col. Bunardžik et mt. Rhodope in Bg. (IV, 29, T. bulgarica Velen. et V, 49); Gradsko, Pletvar in M. (V, 30); m. Leskovnik in S.; Kneževo et Kosteneec in Bg. (VI, 23); m. Rtanj in S.; Suho polje pl., Lopatnica, Mojna, Maglenci et Gobeš-Balkan in M. (VII, 38); Ephemíades, Sadovica, Hagia Paraskevi, mt. Mičikeli, Prosgoli et val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 40); Pržigrad pl. et Bara pl. in M.; Velestinos, Pharsalos, Said Pascha, Mandra Hodža, m. Peristeri in P. Th.; Milouna in O. th. (IX, 85); Vlachava, m. Čuka in mt. Ch.; Longici, m. Pirgo et Jurti in mt. Ot.; inter Neraida et Styliða in Th. (X, 61); col. Sat Tepe et Bunardžik pr. Philippopolin in Bg. (XI, 91); Momena čuka pl., Gewgeli, Han Derwent, Kerečkõi,

Vodena, Ošlan, Ostrovo, Ekšisu, Prilep, Selca pl., Lubunova in M. (XII, 79); Stragova, Karaferia, m. Xerolivadon, Makova pl. in M. (XIII, 224); m. Karaman pr. Vodena in M. (XIII, 224, *T. saxifraga* Scop.); col. Coška et Gorica pr. Niš in S. (1889)!; Kastania in P. Th. (1889)!; Čeganska pl. et Golešnica pl. in M. (1899).

Planta nostra, quoad indumentum pertinet, summopere variabilis.

Loca excludenda:

Üsküb, Demir-Kapu in M. (III, 36 = *T. saxifraga* Scop.); Belovo in Bg. (XI, 91 = *Alsine velutina* B. O.).

Tunica bulgarica Velen.

Specimina plantae ap. Bunardžik pr. Philippopolin et in mt. Rh. Bg. lectae (IV, 29) ad *T. illyricam* Boiss. spectant, ut iam in tract. V, 49 Dr. Formánek ipse correxit.

* **Tunica Sibthorpii** Boiss.

Apiranthos in ins. Naxos (leg. Leonis, det. Halácsy).

Tunica rigida L.

Specimen ad Pletvar in M. (V, 30) lectum et a Dre Borbás determinatum ad *T. thessalam* Boiss. pertinet.

Tunica thessala Boiss.

Pletvar in M. (V, 30, *T. rigida* L.); Milouna (det. Halácsy) et Patsios in O. th. (IX, 85); Ošan et Gorničova pl. (det. Borbás), Ekšisu (det. Halácsy) in M. (XII, 79).

Tunica saxifraga Scop.

Banjaluka, Krupa, Doboj (det. Borbás), val. fl. Stavnja pr. Sulješćica (det. Borbás), Hreša pr. Sarajevo (det. Borbás) in B.; Konjica (det. Borbás) in H. (I, 37); Gorni Šeher, Jajce, Kmur, Goražda in B.; Nevesinje in H. (II, 24); Üsküb in M. (III, 36, *Alsine setacea* Mert. et Koch); Demir-Kapu et Üsküb in M. (III, 36, *Tunica illyrica* Boiss.); Tursko brdo pr. Paračin, Glavičin, Baba pl., Plana et Juor pl. in S.; Üsküb in M. (V, 30); Alexinac et Sibecki potok in S. (VI, 22); Baba pl. (det. Halácsy), Petrina

pl., Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 38): Durazzo et Golemas (var. aggregata Moris.) in A. (VIII, 40); col. Rujevica ap. Alexinac, Vrčenovae et Mali Jastrebac in S.; Demir-Kapu in M. (IX, 85); Crni vrh in S. (XI, 91); Hadžibarica pl., Lejskovec, Petrina pl., Galičica pl. in M. (XII, 79); Golemo Crsko in M. (XIII, 224); Moštanica, Zaspas et Igman in B.!: Trebinje et Bilek in H.!: Ragusa in D.!: Soko Banja in S.!: Postran in M. (1899)!

Loca excludenda:

Kneževo et col. Kara Baŕ ad Ichtiman in Bg. (VI, 22 = *Gypsophila muralis* L.); Lulin pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 91 = *Gypsophila muralis* L.); m. Karaman pr. Vodena in M. (XIII, 224 = *T. illyrica* Boiss.); Bitolia in M. (XIII, 224 = *Gypsophila macedonica* Vandas).

Tunica olympica Boiss.

Bith. Olympus (IV, 29).

Dianthus gracilis S. S.

Üsküb, Demir-Kapu in M. (III, 37 et V, 31); Gradsko in M. (VII, 38); Demir-Kapu in M. (IX, 86); Koryza pr. Volo et Lamia in Th. (X, 62); silva Neraidori pr. Neraida in nomarchia Lamia Gr. (XI, 92); Petrina pl. in M. (XII, 80, forma bracteis glabris); Pharsalos in Th.; Golešnica pl. in M. (*D. armerioides* Grsb. in sch.); Köprülü in M.!

Locus excludendus:

M. Ghavellu in mt. Ag. Th. (X, 61 = *D. integer* Vis.).

Dianthus gracilis S. S. var. **armerioides** Grsb. Spicil.

Fl. rumel. I, 190.

Üsküb in M. (V, 31, *D. armerioides* Grsb.). Specimina plantae ad Gosince in M. (XIII, 225) indicatae in herbario non reperio. Specimina ad Golešnica pl. in M. anno 1899 lecta eodemque nomine in scheda designata ad typum spectant.

Dianthus Frivaldskyanus Boiss.

Mt. Rhodope in Bg. (IV, 29); Demir-Kapu in M. (V, 31, *D. pallens* S. S.); Armataš et Čerņičani in M. (VII, 38); Belovo in Bg. (XI, 92); m. Linuri pr. Nevška et m. Treskavec in M. (XII,

80); Demirhissar et Makova in M. (XIII, 225); Skočivir in M. (XIII, 225, D. Formánekii Borb.); Dlegovo Usojke in mt. Rh. Bg.; Mojua et Gobeš in M. (1893).

Specimina plantae in m. Linuri, m. Treskavec, Demirhissar et Makova M. lectae formam squamis longius aristatis, aristis tenuioribus, manifeste scabridis, dimidium calicis excedentibus sistunt.

In planta ad Gobeš in Macedonia lecta aristae tubum calicium adaequant vel superant (*forma aristata* m.).

Dianthus haematocalix Boiss. & Heldr.

Pletvar in M. (V, 31); Doxa in M. (XIII, 225).

Specimina haec typica sunt et cum eisdem *) a Dre Formánek anno 1900 ad Hagios Dionysios in Olympo thessalo lectis optime conveniunt.

Dianthus haematocalix Boiss. & Heldr. var. **brevissimus**
Borb. ap. Form. (III, 37).

(D. haematocalix B. & H. var. alpinus Boiss. p. p., D. pindicola Vierhap.).

Dokimi in P. (III, 37); Said Pascha et Dokimi in P. (IX, 86).

Dr. Borbás hanc novam varietatem pro *D. alpestri* S. S. habuit, qui secundum Dr. Halácsy (Conspectus Fl. gr. I, 204) cum *D. ventricosus* Heldr. identicus.

* **Dianthus purpureo-luteus** Velen.

Stanimaka in Bg.!

* **Dianthus pruinosis** Boiss. & Orph.

Koryza et Kapurna pr. Volo, Velestinos in Th. (1889)!

Dianthus viridescens Vis.

Specimen unicum in m. Trebević pr. Sarajevo in B. lectum et a Dre Borbás determinatum (I, 38) fragmentum *D. deltoidis* L. sistit.

*) Ungarische botan. Blätter, 1905, p. 263.

Dianthus deltoides L.

M. Trebević pr. Sarajevo in B. (I, 38, *D. viridescens* Vis.); Dokimi et Oehsa Despot in P. (III, 37); Peristeri et Bratučina pl. in M. (V, 31); Jundol pl. Kamenicki Alček, Bjela Crkva in mt. Rh. Bg. (XI, 92); m. Kaimakčalan et Nerečka pl. in M. (XII, 80, det. Borbás); Debri Janica pl. in M. (XIII, 225).

Dianthus deltoides L. var. serpyllifolius Borbás.

Vareš, Glog pr. Sarajevo in B. (I, 37); Buševa česma, m. Peristeri in M. (VII, 38).

Dianthus myrtinervius Grsb.

M. Kaimakčalan in M. (XIII, 225, det. Borbás; *D. exiguus* Form. in sch.).

Dianthus pubescens S. S.

M. Pentelicon Atticae (XIV, 81, leg. Leonis, det. Halácsy). Specimina plantae ad Kneževo in Bg. lectae (VI, 23) ad *D. Grisebachii* Boiss. spectant.

Dianthus aridus Grsb.

Col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e. (IV, 29, det. Borbás).

Dianthus armeria L.

Banjaluka, Modra, Lipnik, Stratinska in B.; Domanović in H. (I, 37); Bőjök-Dere in T. e. (IV, 29); Blatec pl. in M. (IX, 86); Sela pr. Sisek in Croatia; Bihać in B.; Prugovačko brdo in S.

Loca excludenda:

Barakovac pr. Vrbanja, Maslovare, Pribinić, Buletić, Teslić in B.; Domanović in H. (I, 37 = *D. Armeriastrum* Wolfn.).

Dianthus Armeriastrum Wolfn.

Podbrdje in B. (I, 38, det. Borbás); Barakovac pr. Vrbanja, Maslovare, Pribinić, Buletić, Teslić in B.; Domanović in H. (I, 37, *D. armeria* L.); col. Čeledris dagh pr. Durazzo et col. Kazana pr. pagum Kerstani et Pale in A. (VIII, 40); m. Dobrogled in Stara pl. S. (det. Borbás), Lulin pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 91); m. Kor-

thiati in M. (XII, 80): Kara Baïr ad Ichtiman in Bg. (*D. armeria* L. in sch.); Sakardža in mt. Rh. Bg. (det. Borbás).

Stirps in m. Korthiati M. lecta, quamquam hucce adnumeranda, transitum ad *D. armeriam* L. praebet.

Specimen plantae ad Pale in A. lectae (mancum fragmentum) ob petala magna hucce pertinet; bracteae, squamae cum calicibus glaberrimae, margine tantum ut dentes calicini ciliatulae. An cum *D. epiroto* Halácsy identicum?

Dianthus tenuiflorus Grsb.

Kerečkői dagh pr. Saloniki, Derwent-Balkan in M. (III, 37); Golešnica pl., Hagios Athanasios in M. (XIII, 225).

Dianthus glutinosus Boiss. & Heldr.

Anadoli-Kavak in As. (IV, 29). Unicum specimen in herbario repertum descriptioni in Boiss. Fl. or. I, 508 bene respondet.

Dianthus barbatus L.

Banjaluka, Krupa, Modra, Sasina, Stratinska in B. (I, 38); Lulin pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 91); Barakovac, Teslić, Gorjevac, Dubovsko, Novi, Gustovara, Romanja pl., Zaspas, Glog et Trebević pr. Sarajevo in B.

Specimen albiflorum ad Lipnik in B. (I, 38) indicatum in herbario non repperi.

Dianthus viscidus B. & Ch.

Portaria et Plessidi pr. Volo, Malakasi, Velitsena in P., mt. Ossa et Han Kuklëus in val. fl. Peneios Th. (III, 39, *D. viscidus* var. *haematocephalus* Borb. in litt. ad Haussknecht 1880); col. Skafilaky pr. Prevesa, m. Mičikeli et val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 40); m. Pelion in Th. (IX, 86); Megali Kastania in mt. Ag. Th. (X, 61); Luben pl. in M. (XIII, 225); Kalabaka in Th. (1889)!

Dianthus viscidus B. & Ch. β **parnassicus** Boiss.

(*D. olympicus* Boiss., *D. parnassicus* Boiss. & Heldr.).

Smolevo, Bukovo, Kristofor, Bratindol, Kazania, Malovišta, monastir ap. Slivnica (Smiljevo in sch.) in M. (V, 31, *D. parnas-*

sicus B. H.); Gorno Birino, Lopatnica, Petilup, Karasu pr. Bitolia, Novaci, Mojna, Černičani, Dolenci in M. (VII, 39, D. viscidus B. & Ch. var. fasciculatus Grsb., teste Borbás); Trikala, Povelci, Vlachava, st. Kucuro, Kerasia Sina, m. Čuka, st. Phlambures, m. Mitrica in mt. Ch., monastir Korona in mt. Ag., Longici et Katasara in mt. Ot. Th. (X, 61); Velušina in M. (1893)!; Ostrovo, Treskavec, Sopočka in M. (1898)!

Dianthus viscidus B. & Ch. var. **Grisebachii** Boiss.
(D. Grisebachii Boiss.).

Col. Visoko Tepe, Jailadžik, Kara Baır ad Ichtiman et Kovanluk in Bg. (VI, 23); Kneževo in Bg. (VI, 23, D. pubescens S. S., det. Borbás); Balia pl. in M. (IX, 86); Kneževo in Bg. (XI, 91); Hadžibarica pl., Ošlan in M. (XII, 80); Strupina, Makova in M. (XIII, 225).

Dianthus Formánekii Borbás in litt. 1893.

A beato Dre Borbás secundum specimina ad Mojna, Černičani et Armatus in M. (VII, 39) lecta descriptus, quae non obvia et probabiliter in herbario Borbásii asservantur.

In herbario unicum maturum fragmentum ad Patsios in O. th. lectum (IX, 86) repperi, quod certe hucce pertinet. Planta ad Skočivir in M. lecta (XIII, 225) cum *D. Frivaldskyano* Boiss. identica.

Dianthus cruentus Grsb. (D. ambiguus Panč.).

Col. Plačevica et Coška pr. Vranja in S. (III, 37, det. Borbás); Vitoša pl. in Bg. (VI, 23, det. Borbás); m. Peristeri in M. (VII, 39, det. Borbás); Petrina pl. in M. (XII, 80, det. Borbás).

Dianthus Carthusianorum L. var. **reflexus** Neilr.

Sibecki livadi, Golemi kamen et Smrdan in Suha pl. S. (III, 37, det. Borbás).

Specimina huius varietatis ad comparandum non habui; quare determinationem Borbasii secutus sum.

Dianthus curticeps Borbás ad interim apud Form.

Specimina ad Mali Velež pr. Nevesinje et Busak pl. in H. lecta (II, 25) in herbario non inveni; probabiliter in herb. Dr. B o r b á s asservantur.

Dianthus giganteiformis Borbás.

Etiam specimina huius plantae in S. indicatae (XI, 91) non repperi.

Dianthus croaticus Borbás.

Krupa. Zalin, Dubovik turski, Modra, Barakovac pr. Vrbanja, Crni vrh pr. Tešanj, Žepče, Hreša et Glog pr. Sarajevo in B. (I, 38, det. Borbás); Karaula pr. Bihać!, Vodjenica!, Vranjska!, Vaganac!, Sitnica!, Duboščica, Smoljana, Pogar, Gorjevac e Zaspa in B.

Forma „asper. squamarum“ ad Pribinić lecta (I, 38) a typo non diversa (Dr. B o r b á s non vidit.).

Dianthus turcicus Velen.

Mt. Rhodope in Bg. (IV, 29, *D. calocephalus* Boiss., det. Borbás). A *D. calocephalo* Boiss. longe distat (nec, ut in tract. XII, 79 scriptum legimus „parum diversus“).

Specimina ad Kereköi et in m. Korthiati M. lecta, a Dre B o r b á s determinata (XII, 79) cum speciminibus originalibus *D. turcici* Velen. comparavi, a quibus prorsus differunt. Cum speciminibus *D. intermedii* Boiss. a Dre Haussknecht in Thessalia ad Aivali lectis (Iter graecum 1885) certissime identica.

Dianthus calocephalus Boiss.

In herbario duo manca, fructifera fragmenta in mt. Rhodope Bg. lecta obvia (IV, 29), quae cum planta originali *D. turcici* Velen. optime conveniunt.

* **Dianthus pelviformis** Heuff.

Sveti Stevan in S. (1895)!

Dianthus liburnicus Bartl.

Podvelež pr. Mostar et Ljubinje in H. (I, 38, det. Borbás); Busak pl. in H. (II, 25, det. Borbás).

Dianthus Knappii Asch. & Kan.

Mosko pr. Trebinje in H. (I, 38, det. Borbás).

Dianthus quadrangulus Velen.

Specimina plantae ad Patsios in O. th. (IX, 86, det. Borbás) lectae cum bulgaricis ad Šadovo lectis convenire videntur; planta ad Kerasia Sina in mt. Ch. Th. (X, 62) observata certissime diversa et cum speciminibus *D. Haynaldiani* Borb. ad Vlachava in Th. lectis identica.

Dianthus stenopetalus Grsb.

Tafilvrís in O. th., Hagios Elias in mt. Ch. et m. Pírgo in mt. Ot. Th. (X, 61, *D. brevifolius* Friv., det. Borb.); Ginivica pl. et m. Treskavec in M. (XII, 79).

Dianthus rumelicus Velen. (*D. pinifolius* S. S. teste Velen.).

Specimina plantae in col. Bunardžik pr. Philippopolin Bg. indicatae (VII, 39) in herbario non inveni.

Dianthus lilacinus pinifolius Boiss. et Heldr.

Specimen lapsu quodam in tract. III, 37 ita designatum, prope Kapurna in Th. lectum, ad *D. Haynaldianum* Borb. spectare videtur.

Dianthus lilacinus Boiss. & Heldr.

Fragmenta plantae ad Brusnik in M. lectae (V, 31) *D. pinifolium* S. S. sistunt (aristae parum longiores).

Dianthus pinifolius S. S. (*D. brevifolius* Friv.).

Kerečkōi dagh pr. Saloniki, Derwent-Balkan in M. (III, 37); col. Bunardžik et Džemdem Tepe pr. Philippopolin, Karlovo in Bg. (IV, 29); Bitolia (f. *pumila*) et Kristofor in M. (V, 31); Brusnik in M. (V, 31, *D. lilacinus* B. H.); m. Seličavo pr. Leskovnik in S. (IX, 85, leg. Ilić); Kamenicka pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 91); Lažene, Bačkovo et Kioški in Dobroluecka pl. mt. Rh. Bg. (XI, 91, *D. brevifolius* Friv.); Kerečkōi, Han Derwent in M. (XII, 79, *D. brevifolius*

Friv.): Mojna et Bitolia in M.: Lopatnica (f. pumila) et Velušina in M. (1893): Kale et Bjela Crkva in mt. Rh. Bg.

Dianthus brevifolius Friv.

Specimina pro *D. brevifolio* Friv. designata sub *D. pinifolio* S. S. enumerantur.

Loca excludenda:

Tafiliris in O. th., Hagios Elias in mt. Ch. et m. Pirgo in mt. Ot. Th. (X, 61 = *D. stenopetalus* Grsb.).

* **Dianthus Holzmannianus** Heldr. & Hausskn.

M. Ghavellu in mt. Ag. Th. (X, 61. *D. brachyzonus* Borb. & Form.).

Dianthus brachyzonus Borb. & Form. = **D. Holzmannianus** Heldr. & Hausskn.

(*D. cibrarius* Clem. var. *leucolepis* Hausskn. sec. auct.).

M. Ghavellu in mt. Ag. Th. (X, 61).

Dr. Halácsy in *Conspectu Fl. gr. I*, 212 speciem novam cum? pro synonymo citat, quia in descriptione (X, 61) vagina adpressa, caulis diametro paulo longior indicatur. In herbario duo fragmenta reperio, quorum folia suprema vaginas ca. 9 mm longas, igitur caulis diametrum pluries excedentes habent.

* **Dianthus capitatus** DC.

Konjska polana in S. (1892, det. Borbás).

Dianthus banaticus Heuff.

Planta ad Karaferia in M. lecta et a Dre Borbás determinata (XIII, 224) in herbario non asservatur.

Dianthus giganteus D'Urv.

Sičevo in S. (II, 36, det. Borbás); Olympus in As. (IV, 29, det. Borbás); Obla glava et Leskovnik (det. Borbás) in S. (VI, 23); Belovo in Bg. (XI, 91); m. Rtanj in S.; Visoko Tepe ad Ichtiman in Bg. (1892, det. Borbás).

Dianthus subgiganteus Borbás in litt. 1893 = **D. giganteus**
D'Urv. f. **aristata** m.

Soko Banja in S., Kovanluk in Bg. (VII, 38).

Plantam nostram cum permultis speciminibus *D. gigantei* D'Urv. comparavi, de quo iam amiciss. Velenovský in Fl. bulg., p. 81 mentionem fecit, ipsum summopere variabilem esse: differentias repperi, quae stirpem nostram vix pro forma *aristata* speciei nominatae viudicant.

Dianthus giganteus D'Urv. f. **aristata** m. (D. subgiganteus Borb. in litt.).

Dervent-Balkan (det. Halácsy) et Kerečkői pr. Saloniki in M., Plessidi et mt. Ossa in Th. (III, 39); Han Kastania in val. fl. Peneios Th. (III, 40, H. veronense Schr.); Bitolia, Smolevo, Bukovo, Kristofor, Dihovo, Kranja in M. (V, 32); Plasnica pl., Zašlje, Lopatnica, Mojna, Černičani, Velušina, Ostrec, m. Peristeri, Gobeš, Petrina pl. in M. (VII, 41); Gradsko in M. (VII, 41, H. veronense Schr.); m. Pelion et Patsios in O. th. (IX, 89, pro var. maiore Hausskn.); Pelion in Th. (IX, 91, H. veronense Schr.); Hagios Elias et m. Čuka in mt. Ch. Th.; Mlekovica, Milevi skali, Čepinsko korito, Lažene, val. Elidere et m. Ostrec in mt. Rh. Bg. (XI, 96); Vodena in M. (XII, 84); Köprülü, Lisiča, Golešnica pl., Derčevica, Beleš pl., Dragomanci in M. (XIII, 227); Olympus in As. (1890, det. Halácsy); lac. Presba in M. (1891).

Consentio cum Dre Velenovský (Fl. bulg., pag. 103), speciem hanc summopere variabilem esse; qua re formas a col. Hausknecht propositas discernere nolo.

* **Hypericum alpinum W. Kit.**

Igman pr. Sarajevo in B. (1887, det. Borbás).

Hypericum Rochelii Grsb.

Planta ad Logorište pr. Alexinae in S. (IX, 89) indicata in herbario a me non reperta.

* **Hypericum confusum sp. n.**

(H. bithynicum Boiss. var. maius Boiss. Fl. or. VI, 130?).

Böjök-Dere in T. e., Adampol in As. (IV, 31, H. Montbretii Spach.).

Glabrum, caulibus a basi arcuata, stolones foliosos edenti adscendentibus, erectis, ca. 30–50 cm altis, simplicibus, manifeste tota longitudine *elevatim quadrilineatis*, laxe foliosis, hic et inde ramulis brevibus ex axillis foliorum auctis, foliis nunquam pellucido-punctatis, margine subrevoluto parce nigro-punctatis, ovatis vel ovato-oblongis, basi cordata amplexicaulibus, apice obtusiusculis, pagina inferiore pallidioribus, nervis prominulis, bracteis

inflorescentiae inferioribus lanceolatis, basi subauriculatis, fimbriatis, fimbriis latitudinem earum adaequantibus, nigro-glandulosis, floribus numerosis satis dense cymoso-corymbosis, sepalis lanceolato-linearibus, acutis, sparse nigro-punctatis, fimbriatis, fimbriis capitato-glandulosis, inaequalibus, latitudinem sepalorum subaequantibus, petalis (quoad e speciminibus fructiferis manifestum) nigropunctatis, margine stipitato-glandulosis, calice subduplo longioribus, capsula sepalis adpressis vel subpatentibus parum longiore, vesiculis eius inordinatim dispositis, globosis vel ovatis.

H. Montbretii Spach., pro quo Dr. Formánek ipse plantam nostram determinavit, longe distat caulibus subbilineatis, foliis conspicue pellucido-punctatis, sepalis breviter fimbriatis, sub fructu patulis, capsulis oblongis calice multo longioribus.

Stirps nostra cum *H. bithynico* Boiss., e silvaticis circa Byzantium et Olympum bithynum noto, arcte affinis esse videtur, quod secundum descriptionem (specimina ad comparandum non possideo) plantae nostrae simile. Differt autem optime caulibus *elevatim quadrilineatis* (fere ut in *H. quadrangulo* L!), nec tertiisculis, sepalis parce nigropunctatis, capsulae vesiculis nonnullis versus dorsum carpellorum in vittam longitudinalem non elongatis.

Caulibus *elevatim quadrilineatis* ab omnibus speciebus sectionis *Drosocarpia* Spach., quae in *Boissier*, Fl. or. enumerantur, diversum. In supplemento Fl. or., pag. 130 *H. bithynicum* Boiss. §) *maius* Boiss. describitur, quod secundum auctorem a typo solum foliis maioribus diversum. Varietas haec cum planta nostra maxime affinis, nisi identica.

Hypericum Montbretii Spach.

Olympus (det. Freyn) in As., Rumeli-Kavak in T. e. (IV, 31); Balia pl. in M. (IX, 89, H. Spruneri Boiss. f. eglandulosum Form.); val. Stara reka, Elidere, Bačkovo, Narečen in mt. Rh. Bg. (XI, 96); Beleş pl. et Vodena in M. (XIII, 228, H. Spruneri Boiss.).

Loca excludenda:

Böjök-Dere in T. e., Adampol in As. (IV, 31 = H. confusum Vandas).

Hypericum Spruneri Boiss.

Kalabaka in Th. (III, 39, det. Halácsy); Vlachava, st. Kucuro et Kerasia Sina in mt. Ch., monastir Korona et Ghavellu in mt. Ag. Th. (X, 66); Ošlan in M. (XII, 84, H. Spruneri Boiss. var. latifolium Form.); Šik Čafe in A. (1894)!

Loca excludenda:

Beleš pl. et Vodena in M. (XIII, 228 = H. Montbretii Spach.).

Hypericum Spruneri Boiss. f. **eglandulosum** Form. 1895
= **H. Montbretii** Spach.

Balia pl. in M. (IX, 89).

Planta originalis (unicum specimen fructiferum) a Dre Formánek falso descripta: nam folia parce pellucido-punctata, fimbriae sepalorum breves, latitudinem dimidiam non aequantes, nigro-clavatae.

Hypericum Spruneri Boiss. var. **latifolium** Form. 1898
= **H. Spruneri** Boiss. typ.

In silvaticis ad Ošlan in M. (XII, 84).

Specimina in herbario obvia (4 fragmenta) manca et putatione deformata; unicum specimen completum ibidem lectum, sine determinatione a me inventum, plantam normalem sistit.

Hypericum barbatum Jacq.

Zygos et Dokimi in P. (III, 39); m. Peristeri in M. (V, 32, var. macedonicum Boiss.); Luben pl. et Petrina pl. in M. (VII, 41, var. macedonicum Boiss.); Trstenik in M. (VII, 41, H. rumelicum Boiss.); Belanovce in S. (IX, 90, H. Ilicianum Form.); Momena čuka pl., m. Karataš, Ginivica pl., Kaimakčalan, Vič vrh, Nerečka pl., Peristeri in M. (XII, 85, var. macedonicum Boiss.); Debrí Janica, Bara pl., Kaimakčalan, Nidje, Luben pl. (p. p.), m. Sliva in M. (XIII, 228), Baba pl. in M. (XIII, 228, mixtum cum H. rumelico Boiss.); Treskavec et Bratučina pl. in M. (1891, H. atomarium Boiss. in sch.); Selea pl. in M. (H. perforatum L. in sch.); Strmno pl. in M. (H. Spruneri Boiss. in sch.); Crni vrh pr. Tešanj in B. (1887)!; Golemi kamen in Suha pl. S. (1889)!; Veverska pl. in M. (1898)!; Čeganska pl. in M.!

Locus excludendus:

Luben pl. in M. (XIII, 228 = *H. rumelicum* Boiss. p. p.).

Varietates huius speciei in Boissier, Fl. or. II, 816 et Halácsy, Consp. Fl. gr. I, 271 propositae ex caulium altitudine, foliorum latitudine eorumque punctatione discernuntur. Quae notae, ut in permultis speciminibus herbarii Formánekii et a me in Bosnia et Hercegovina lectis reperio, summopere variabiles et inconstantes; qua re eas non enumero.

Hypericum Ilićianum Form. 1895 — **H. barbatum** Jacq.

Belanovce in S. (IX, 90).

Stirps a dom. Ilić in saxosis ad Belanovce in S. lecta cum *H. barbato* Jacq. a me in Bosnia ad fines Serbiae (Konjuh pl.) observato et cum serbico ad lacum Vlasina a Dre Adamović 1893 lecto (Hb. Velenovskýi) bene convenit.

Dr. Formánek speciem novam cum *H. barbato* Jacq. comparat, differentiae autem ab ipso enumeratae plantae typicae plerumque propriae sunt, ex causa caules elati, bilineati, folia ovata, subtus nigro- et crebrius pellucido-punctata, calicis sepala ovato-lanceolata vel ovata, fimbriae sepali latitudine longiores, apice interdum nigro-clavatae. Quoad notam supremam pertinet, in speciminibus bosniacis, serbicis, bulgaricis (hic et inde etiam in macedonicis) fimbrias sepalorum bractearumque apice nigro-purpureas vix conspicue glanduloso-clavatas reperio. Haec differentia minimi valoris ad speciei novae descriptionem certe non sufficit.

Hypericum rumelicum Boiss.

Üsküb, Demir-Kapu, Dervent alten de kükü (det. Halácsy) et Kerečkői in M. (III, 39); m. Rhodope in Bg (IV, 31); Vodena, Gradsko et Pletvar in M. (V, 32); Alexinac, m. Leskovnik in S. (VI, 24); Sičevo, Kruševo, Baba pl., Luben pl. et Armatuš in M. (VII, 41); Piroto in S., Belovo, val. Elidere, Kale in mt. Rh. Bg. (XI, 97); Ošan, Han Dervent, Vodena, Ošlan, Gorničova pl., Smilova, Galičica pl. in M. (XII, 84); Golešnica pl., Radnja, Karaferia, m. Xerolivadon, Strmno pl., Suho polje pl., Baba pl., Postran pl.

in M. (XIII, 228); Luben in M. (XIII, 228, *H. barbatum* Jacq. p. p.); Drenovo in mt. Rh. Bg. (*H. Montbretii* Spach. in sch.); col. Gušet pr. Mojna in M.!; Bela Palanka in S. (1889)!; Gorica pr. Niš in S. (1889); Čeganska pl. in M.; Sv. Dimitri et Sv. Petka pr. Stanimaka in Bg. (1897); Sv. Stevan in S.!

Etiam in hac stirpe foliorum latitudo satis variabilis. Plantae latifoliae habitu *H. Boissieri* Petrović revocant, quod foliis mediis et superioribus basi cordata amplexicaulibus, calicibus pellucide punctato-lineatis, parcissime nigro-punctatis, carpellis vesiculis ovatis vel parum protractis obsitis eximie discrepat.

Loca excludenda:

M. Rtanj in S. (VII, 41 = *H. Boissieri* Petrović); Trstenik in M. (VII, 41 = *H. barbatum* Jacq.); Kerečkoi in M. (XII, 84 = *H. perforatum* L.).

Hypericum rumelicum Boiss. subsp. **amplexicaule** Form. 1895 = ***H. Boissieri*** Petrović, Addit. ad Fl. Agri Nyssani 1885, 45.

In siccis et arenosis ad Sv. Stevan S. (IX, 90).

Duo in herbario asservata fragmenta cum speciminibus originalibus a Dre Petrović in Serbia lectis, quae in herbario Dr. Velenovskýi vidi, optime conveniunt. *H. Boissieri* Petr. ap. Sv. Stevan cum forma latifolia *H. rumelici* Boiss. crescit, quod in herbario sine determinatione repperi. In herbario incompleta specimina ad Seličevica pl. in S. lecta praeterea inveni, in quibus folia suprema parce glanduloso-punctata. Hucce etiam planta in m. Rtanj S. (VII, 41, *H. rumelicum* Boiss.) lecta referenda.

****Hypericum perforatum*** L.

Sct. Georgios pr. Prevesa in E. (1894)!

Hypericum montanum L.

Stratinska in B. (I, 39); Duboščica in B. (II, 26).

****Hypericum umbellatum*** Kern.

Golemi kamen in Suha pl. S.! Cum speciminibus bulgaricis et transsylvanicis identicum.

Hypericum venustum Fzl.

Bith. Olympus in As. (IV, 31, det. Freyn).

Hypericum atomarium Boiss.

Banja pr. Vranja in S. (III, 39, det. Halácsy); mt. Rhodope in Bg. (IV, 31); val. Čepelarska reka (ad Sv. Dimitri) in mt. Rh. Bg. (XI, 96); m. Peristeri in M. (XII, 84, *H. hirsutum* L., cum adnotatione: „specimina eymis paniculam amplam formantibus“); mt. Ossa in Th. (1889)!; Narečen, Dlegovo Usojke et Drenovo in mt. Rh. Bg. (1897).

Hypericum atomarium Boiss. var. **angustifolium** Form.

= *H. hirsutum* L.

Sv. Theodor in val. Čepelarska reka mt. Rh. Bg. (XI, 96).

In herbario unicum fragmentum occurrit, ad quod descriptio „foliis oblonge lanceolatis vel lanceolatis, apice rotundatis“ pertinet. A typico *H. hirsuto* L. non discrepat.

Hypericum hirsutum L.

Krupa in B. (I, 39); Juor pl. in S. (V, 32); Kara Baır ad Ichtiman in Bg. (VI, 24); Flora pl. in M. (IX, 91); Sv. Theodor in val. Čepelarska reka mt. Rh. Bg. (XI, 96, *H. atomarium* Boiss. var. *angustifolium* Form.); Flora pl., m. Korthiati in M. (XII, 84); Strmno pl. in M. (XIII, 227); Mlekovica in mt. Rh. Bg. (1897); Slivodol in mt. Rh. Bg. (1897, *H. atomarium* Boiss. in sch.)!

Locus excludendus:

M. Peristeri in M. (XII, 84 = *H. atomarium* Boiss.).

***Hypericum confertum** Choisy.

Bith. Olympus in M. (1890)!

Hypericum tetrapterum Fries.

Krupa et Rujevica (*H. quadrangulum* L.) in B. (I, 39); Velitsena et Kastania in P. Th. (III, 40, *H. quadrangulum* L.); Alemda in As. (IV, 31, *H. Borbásii* Form.); Trstenik, Buševa česma, Mojna,

Černičani in M. (VII, 47); Pržigrad pl. in M. (IX, 91, *H. perforatum* L.); Momena čuka pl. in M. (IX, 91, *H. quadrangulum* L.); Hepdominta Aderfia in mt. Ox. Th. (X, 66); Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 96); Vodena in M. (XII, 84); Sela pr. Sisek in Croatia!; Maslovare in B.!

Locus excludendus:

Lažene in Bg. (XI, 96 = *H. perforatum* L.).

***Hypericum Borbásii* Form. — *H. tetrapterum* Fries.**

In humidis et ad rivulos circa Alemda in As. (IV, 31).

In herbario unicum specimen vix floriferum obvium, ex quo descriptio incorrecta perfecta. Caulis non „quadrangulus apterus vel valde obsolete tetrapterus“, sed exacte tetragonus; inflorescentia in planta nondum evoluta, vix florifera, parum elongata et apice angustata esse videtur; in omnibus reliquis notis cum typico *H. tetraptero* Fries optime convenit. Dr. Formánek hanc „novam speciem“ in scheda nomine *H. tetrapterum* Fries var. *Borbásii* Form. designatam in proximam affinitatem *H. tetrapteri* Fries ponit notasque characteristicas enumerat, quas in *H. tetraptero* Fries reperimus: „folia oblongo-rotunda vel ovata, margine nigro-punctata, apice rotundato-obtusa, petala impunctata calicisque laciniis 2—4 glandulis nigris adspersas.“

***Hypericum quadrangulum* L.**

Vitoša pl. in Bg. (VI, 24); Kamenicka pl. et Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 96); Močuri in mt. Rh. Bg. (1897, *H. tetrapterum* Fries in sch.).

Loca excludenda:

Rujevica in B. (I, 39 = *H. tetrapterum* Fries); Velitsena et Kastania in P. Th. (III, 40 = *H. tetrapterum* Fries); Momena čuka pl. in M. (IX, 91 = *H. tetrapterum* Fries).

* ***Hypericum quadrangulum* L. var. *immaculatum* Murb.**

Vitoša pl. in Bg. (VI, 24, cum typo); Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 96, cum typo).

Hypericum perforatum L.

Consentio cum Dre Halácsy (Consp. Fl. gr. I, 280) et Pospichal (Flora des österr. Küstenlandes II. Bd., 1., pag. 2) *H. veronense* Schrank. speciem propriam non sistere et formis innumeris in formam latifoliam *H. perforati* L. transire; qua re omnia loca *H. veronensis* Schrank. hic enumero.

Jajce, Kalinovik in B., Busak pl. in II. (II, 25); col. Coška et Plačevica pr. Vranja et Ristovac in S.; Demir-Kapu, Kerečkői in M.; Malakasi et Vendista in P. Th. (III, 40); col. Gladuma pr. Adrianopolin in T. e.; Beikos, Skutari et Ismid in As. (IV, 31); Pletvar, Bitolia, Peristeri in M. (V, 32); Kneževo in Bg. (VI, 24); Mojna, Petilup, Čerņičani in M. (VII, 41); m. Mičikeli in E. (VIII, 41); Balia pl. in M., Persephile in Th. (IX, 91); Megali Kastania in mt. Ag. Th. (X, 65, *H. Plasonii* Form.); Kastri in Th. (X, 66); col. Bunardžik pr. Philippopolin in Bg. (XI, 96); Lažene in Bg. (XI, 96, *H. tetrapterum* Fries, det. Halácsy); Kerečkői in M. (XII, 84 et *H. rumelicum* Boiss. in sch.); Laina, Vodena, Ošlan, m. Peristeri, Abdi Pascha Han in M. (XII, 84); Beleš pl., Bara pl. in M. (XIII, 228); Smolevo, lac. Presba et Oslopsko brdo in M.; Metković in H.!: Olympus in As. (1890)!; ins. Naxos (1897, leg. Leonis); Han Kamberga in E. (1897, det. Halácsy).

Loca excludenda:

Han Kastania in val. fl. Peneios Th. (III, 40 = *H. olympicum* L.); Gradsko in M. (VII, 41 = *H. olympicum* L.); Pržigrad pl. in M. (IX, 91 = *H. tetrapterum* Fries); m. Pelion in Th. (IX, 91 = *H. olympicum* L.); Jundol pl. et Kamenicka pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 96 = *H. quadrangulum* L.); m. Karataš in M. (XII, 84 = *H. repens* L.).

Hypericum Plasonii Form. 1896 = **H. perforatum L.**

Ad vicum Megali Kastania in mt. Ag. Th. (X, 65).

Unicum specimen repperi, quod de caulibus depastis vel putatione quadam deformatis ramos satis longos producit, quae „caules e rhizomate indurato tenues, adscendentes, pumilos“ aemulant. In aliis notis descriptio Formánekii *H. perforatum* L. bene quadrat. Semina non „decere elevatim punctata“, sed regulariter foveolata observo. Dr. Halácsy in Consp. Fl. gr. I, 280 secundum descriptionem speciem hanc cum *H. perforato* L. identicam esse

susplicatur eamque quasi dubiam ad *H. perforatum* L. ponit. Mirum mihi esse videtur, Drem Formánek hanc „speciem novam“ e pessimo specimine descriptam pro „planta pulcherrima“ designavisse eamque cum speciebus prorsus diversis, *H. vesicúloso* Grsb. et *H. Montbretii* Spach. comparare potuisse.

Hypericum crispum L.

Saloniki, Kapudži in M.; Volo, Kapurna, Larissa, Makrychori (det. Halácsy), Velestinos (det. Halácsy) et Pharsalos in Th. (III, 40); Makriköi in T. e., ins. Prinkipo in As. (IV, 31); Tyrnavos in Th. (IX, 91); Trikala in Th.!

***Hypericum repens L.**

M. Karataš in M. (XII, 84, *H. veronense* Schrank.); Sibeci livadi et Smrdan in Suha pl. S. (*H. humifusum* L. in sch.).

Hypericum empetrifolium Willd.

M. Pentelicon Atticae (XIV, 81); Portaria pr. Volo in Th.!

Acerineae DC.

***Acer pseudoplatanus L.**

Pržigrad pl. in M. (XII, 86, *A. Heldreichii* Orph., det. Halácsy); Galičica pl. in M. (1898, det. Halácsy); Ravno Buče!, Sibeci livadi et Smrdan in Suha pl. S.!

***Acer platanoides L.**

Flora pl. in M. (IX, 92, *A. Radnjaensis* Form.).

Acer Radnjaensis Form. 1895 = A. platanoides L.

Flora pl. in M. (IX, 92).

Specimina originalia fragmenta ramulorum fructiferorum exhibent. In unico ramulo duo folia (sub corymbo sita) reperio, quae satis parva (10 cm × 8 cm), basi cordata, 5-loba, lobis sub-integris, qualia hic et inde in *A. platanoides* L. observantur. Samarae satis magnae, glabrae, alis divaricatis, sepala, ut videtur,

extus glabra. Hisce notis ad *A. platanoides* L. nec ad *A. Lobelii* Ten. subsp. *laetum* Pax (*A. laetum* CAMey.) referendum, ad quod ex Dre Formánek stirps haec transitum facit.

Acer Heldreichii Orph.

Stirps huius nominis in herbario deest. Specimina plantae in mt. Ossa ad Plessidi et Selicany in Th. (III, 40) indicatae non repperi; planta in m. Pržigrad pl. M. (XII, 76) lecta ad *A. pseudo-platanus* L. referenda.

Acer obtusatum W. Kit.

Graběši pr. Liskovica in B. (II, 26, det. Borbás); Galičica pl. in M. (XII, 86, *A. monspessulanum* L.).

Acer campestre L.

Specimina in herbario obvia ad varietates sequentes spectant.

Acer campestre L. var. **leiocarpum** (Tsch.).

Bukovo in M. (V, 33, pro typico); Mali Jastrebac in S.; Balia pl. in M.; Chaliki, inter Chaliki et Koturi in P. Th. (IX, 92, pro typico); Čeganska pl. in M. (XII, 86, pro typico); m. Xerolivadon in M. (XIII, 229, pro typico); Lulin pl. in mt. Rh. Bg. (1897)!

Acer campestre L. var. **haplobolum** Borb.

(*A. campestre* L. var. *pseudomonspessulanum* Born. & Pax).

Hadžibarica pl. in M. (XII, 86, pro typico).

Acer tataricum L.

Žepče in B. (I, 40).

Acer monspessulanum L.

Inter Chaliki et Koturi in P. Th. (IX, 92); Galičica pl. in M. (1898)!

Loca excludenda:

Mirčevica pl. in M. (IX, 92 = *A. intermedium* Panč.); Drziu et Ošlan in M. (XII, 86 = *A. intermedium* Panč.); Galičica pl. in M. (XII, 86 = *A. obtusatum* W. Kit.).

Acer monspessulanum L. var. **illyricum** Spach.

M. Mičikeli in E. (VIII, 41, pro typico); inter Koturi et Velitsena in P. Th. (IX, 92, pro typico).

* **Acer intermedium** Panč.

Mirčevica pl. in M. (IX, 92; *A. monspessulanum* L.); Drziu et Oslan in M. (XII, 86, *A. monspessulanum* L.).

Hippocastaneae DC.**Aesculus Hippocastanum** L.

Specimina plantae ad Vlazda in mt. Ag. Th. indicatae (X, 66) in herbario desunt.

Ampelideae H. B. K.**Vitis vinifera** L.

Vodena in M. (leg. Kindl).

Geraniaceae DC.**Geranium macrorrhizon** L.

Val. Zalomska pr. Plužine in H. (II, 26); Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 41); Balia pl., Flora pl. in M. (IX, 91); m. Mirica in Stara pl. S.; Katlovi skali, m. Ostrec, Kamenicki Alček in mt. Rh. Bg. (XI, 97); Flora pl., Momēna čuka pl., m. Karataš, m. Kaimakčalan et Peristeri in M. (XII, 85); Ozren (1892) et Smrdan in Suha pl. S.!

Geranium subcaulescens L'Her.

Bratučina pl. (det. Halácsy) et m. Peristeri in M. (V, 33); m. Peristeri in M. (IX, 91); Karava in mt. Ag. Th. (X, 66); m. Kaimakčalan, Vič vrh, m. Peristeri, Nerečka pl. in M. (XII, 85); Asanačka pl. et Vič vrh in M. (XII, 85, *G. striatum* L.); Doxa, Kaimakčalan pl., Luben pl. in M. (XIII, 228); Ghavellu in mt. Ag. Th. (*G. striatum* L. in sch.); m. Karataš in M. (*G. striatum* L. in sch.).

Plantae in m. Peristeri et Kaimakčalan M. anno 1898 lectae (XII, 85) breviter pubescentes, calices fere adpresse pubescentes.

Stirps e Luben pl. in M. (XIII, 228) filamenta et stigmata albida habet, nec intense violacea; ceterum nulla alia nota diversa.

Geranium tuberosum L.

Unicum fragmentum a Dre Halácsy ita determinatum (VII, 42) ad *Erodium absinthoides* W. referendum.

Geranium tuberosum L. f. hirta Form. 1895

= **G. reflexum L.**

Momena čuka pl. in M. (IX, 91).

Caules cum sepalis patule et longe hispidi, valvulae adpresse pilosae.

Geranium sanguineum L.

Luben pl. in M. (VII, 41); Beleš pl., Luben pl., Suho polje pl. in M. (XIII, 228); Kara Bañr ad Ichtiman et Vitoša pl. in Bg. (1892); Krupa in B.; Velež pl. pr. Mostar in H.; Smrdan in Suha pl. S.!

Geranium palustre L.

Gaj pr. Visoko, Kovačići et Vrelo Bosne pr. Sarajevo in B. (I, 40); Visoko in B. (II, 26, G. pratense L.); Igman in B. (G. pratense L. in sch.); Jailadžik in Bg. (1892, G. sanguineum L. in sch.).

Locus excludendus:

Karaula pr. Jajce in B. (II, 26 = G. phaeum L.).

Geranium striatum L.

Lepenica in P. Th. (III, 40, det. Halácsy); Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 42, G. phaeum L.); Zygos et Dokimi in P. Th. (IX, 91); Itamos in mt. Ag. Th. (X, 66); Sermenikon in mt. Ag. Th. Semina in hac specie tenuissime lineato-punctata designantur, quamquam satis profunde lineato-punctata; transitum ad semina reticulato-foveolata formant.

Loca excludenda:

Asanačka pl. et Vič vrh in M. (XII, 85 = G. subcaulescens L'Her.); Luben pl. in M. (XIII, 228 = G. reflexum L.).

Geranium striatum L. var. **glabratum** Form.

Stirps in Nevěska pl., Prekopan et Galičica pl. in M. (XII, 85) lecta a planta typica vix pro varietate separanda; ob caules petiolosque parce et patentius hirsutos, nec, ut in descriptionibus indicatur (Boissier, Fl. or. II, 875), patule villosos potius pro forma designanda. In reliquis notis a Dre Formánek in descriptione enumeratis a planta typica non differt.

Geranium silvaticum L.

M. Peristeri in M. (V, 32); Hadžibarica pl. in M. (IX, 91); m. Midžor in S.; Jundol pl. et Kamenicka pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 97).

Specimina nostra ad var. *alpestre* (Schur) accedunt.

Geranium pratense L.

Planta ad Visoko in B. lecta (II, 26) cum *G. palustri* L. identica.

* **Geranium asphodeloides** Willd.

Zygos in P. Th. (1895, det. Halácsy); Bukovo pr. Ochrida in M.!

Geranium phaeum L.

Karaula pr. Jajce in B. (II, 26, *G. palustre* L.); Alabak in mt. Rh. Bg. (XI, 97). Filamenta basi dilatata longe ciliata.

Loca excludenda:

M. Peristeri in M. (V, 32 = *G. reflexum* L.); Luben pl. in M. (VII, 42 = *G. reflexum* L.); Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 42 = *G. striatum* L.).

* **Geranium reflexum** L.

M. Peristeri in M. (V, 32, *G. phaeum* L., det. Halácsy); Luben pl. in M. (VII, 42, *G. phaeum* L.); Hadžibarica pl. in M. (VII, 91, *G. molloides* Form.); Momena čuka pl. in M. (IX, 91, *G. tuberosum* L. f. *hirta* Form.); Luben pl. in M. (XIII, 228, *G. striatum* L.); Zakučanska pl. in M. (1898, *G. phaeum* L. in sch.); Galičica pl. in M. (*G. phaeum* L. in sch.).

Geranium molloides Form. 1895 = **G. reflexum** L.

Hadžibarica pl. in M. (IX, 91).

Descriptio originalis in hisce notis falsa: caulis superne eglandulosus, filamenta basi parum dilatata breviter ciliata, nec hirta, valvulae adpresse pilosae, apice rugis 3—4 transversis, nec vallibus profundis, reticulato-rugosis instructae, semina laevia nec rugulosa. Si in hisce notis descriptionem correctam legimus, manifestum est, plantam nostram cum *G. reflexo* L. identicam esse. Cum *G. molli* L. stirps haec non comparanda.

Specimina plantae sub eodem nomine ad Strmno pl. in M. indicatae (XIII, 228) a *G. reflexo* L. prorsus diversa et cum *G. bohémico* L. identica.

Geranium pyrenaicum L.

M. Peristeri in M. (V, 33, det. Halácsy); Kara Baïr ad Ichti-man et Kovanluk in Bg. (VI, 24, *G. pusillum* L.); Buševa česma et Kruška kula (det. Halácsy) in M. (VII, 42); Lulin pl., Belovo, m. Sultanica, Bela Voda, Alabak, val. Elidere, m. Ostrec, Kamenicki Alček, Kamenicka pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 97); col. ad Žervi (det. Halácsy), m. Treskavec in M. (XII, 85); Glog pr. Sarajevo in B.!: Orlovac pr. Mostar et Dunoš pl. in H.!: Ravno Buče, Golemi kamen, Grob et m. Midžor in S.!: Sakardža in mt. Rh. Bg. (1892)!: Momena čuka pl. in M. (1898)!

Loca excludenda:

Gorno Divjak in M. (VII, 42 = *G. brutium* Casp.); Balia pl. in M. (IX, 91 = *G. rotundifolium* L.); Pusta reka pl. in M. (XIII, 228 = *G. pusillum* L.); Vodena in M. (XIII, 228 = *G. rotundifolium* L.).

Geranium columbinum L.

Sopocka in M. (XII, 85, det. Halácsy); Oslopsko brdo in M. (XII, 85, *G. dissectum* L.); Sisek in Croatia; Vranjska, Surjan, Sittenica, fl. Drina pr. Brod, Karaula, Novi in B.; Nevesinje in H.; Ozren in S. (1892, *G. dissectum* L. in sch.); mt. Rhodope in Bg. (1890)!: Brusnik in M. (1891)!: Korona in mt. Ag.!, Kerasia Sina in mt. Ch. Th. (1896)!

Geranium dissectum L.

Koniskos in Th. (X, 66, det Halácsy).

Locus excludendus:

Oslop in M. (XII, 85 = *G. columbinum* L.).

*** Geranium bohemicum L.**

Oslop in M. (XII, 85, *G. molle* L.); Strmno pl. in M. (XIII, 228, *G. molloides* Form.).

*** Geranium divaricatum Ehrh.**

Oslopsko brdo in M. (XII, 85, *G. molle* L.).

Geranium molle L.

Vodena in M. (XIII, 228).

Loca excludenda:

Jajce in B. (II, 26 = *G. brutium* Casp.); Pirot in S. (VI, 24 = *G. pusillum* L.); Vrčenovac in S. (IX, 91 = *G. brutium* Casp.); Balia pl. in M. (IX, 91 = *G. lucidum* L.); Oslop in M. (XII, 85 = *G. bohemicum* L.).

Geranium rotundifolium L.

Kerečkői in M. (III, 40, det. Halácsy); Kerečkői in M. (III, 40, *G. pusillum* L.); Demir-Kapu in M. (IX, 92, *G. pusillum* L.); Balia pl. in M. (IX, 91, *G. pyrenaicum* L.); Koniskos in Th. (X, 66, det. Halácsy); val. Dere Bai in Dobrolucka pl. mt. Rh. Bg. (XI, 97, *G. pusillum* L.); Demirhissar et Beleš pl. in M. (XIII, 228, *G. pusillum* L.); Vodena in M. (XIII, 228, *G. pyrenaicum* L.); m. Xerolivadon in M. (XIII, 228, *G. lucidum* L. p. p.); mt. Rhodope in Bg. (1890); Baba pl. in S. (1891)!

*** Geranium brutium Casp.**

Jajce in B. (II, 26, *G. molle* L.); Gorno Divjak in M. (VII, 42, *G. pyrenaicum* L.); Vrčenovae in S. (IX, 91, *G. molle* L.); Sarajevo in B.!

Geranium pusillum L.

M. Trebević pr. Sarajevo in B. (I, 40); Piroć in S. (VI, 24, *G. molle* L.); Oslop in M. (XII, 85); Pusta reka pl. in M. (XIII, 228, *G. pyrenaicum* L.); Potočac et Grob in Suha pl. S.!: Momena čuka pl. in M.!

Loca excludenda:

Grmeč grad in B. (II, 26 = *G. lucidum* L.); Kerečkoi in M. (III, 40 = *G. rotundifolium* L.); Kara Baır ad Ichtiman et Kovanluk in Bg. (VI, 24 = *G. pyrenaicum* L.); Demir-Kapu in M. (IX, 92 = *G. rotundifolium* L.); val. Dere Bai in Dobrolucka pl. mt. Rh. Bg. (XI, 97 = *G. rotundifolium* L.); Demichissar et Beleš pl. in M. (XIII, 228 = *G. rotundifolium* L.).

Geranium lucidum L.

Plužine (det. Borbás) et Nevesinje in H. (II, 26); Grmeč grad in B. (II, 26, *G. pusillum* L.); Malakasi in P. Th. (III, 40); Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 42); Balia pl. in M. (IX, 91, *G. molle* L.) Asproklisia in Th. (X, 66); Vodena et m. Xerolivadon (mixtum cum *G. rotundifolio* L.) in M. (XIII, 228); Foča in B.!

Geranium Robertianum L.

Petrina pl. in M. (VII, 42); Balia pl. in M. (IX, 92, *G. molle* L.); Balia pl., Pržigrad pl., m. Karataš in M. (XII, 85).

Petala calice 2-plo longiora, valvulae remote reticulato-rugosae.

Geranium purpureum Vill.

Vodena in M. (XIII, 228, det. Halácsy).

Petala calice 1½-plo longiora, angustiora, in unguem sensim attenuata, valvulae dense et tenuiter rugosae.

* **Erodium Neilreichii** Jka.

Maglenci in M. (VII, 42, *E. cicutarium* L'Her., det. Halácsy); Prilep in M. (1898)!

* **Erodium ciconium** (L.) W.

Vodena in M. (leg. Kindl)!; Macedonia (*E. Tmoleum* Boiss. in sch., sine loci spec. indicatione).

Erodium longirostrum Form. 1898 = ? **E. ciconium** W.

Ad urbem Prilep in M. (XII, 85).

Specimina originalia ita designata in herbario non inveni. Planta nostra, ut e descriptione diiudicare possum, cum *E. ciconio* W. identica, quod in herbario e duobus locis mihi obiacet. Plantam ad Vodena in M. a dom. Kindl lectam Dr. Formánek ipse non determinavit, alteram in duobus speciminibus a me repertam (sine loci specialis indicatione) pro *E. Tmoleo* Boiss. in scheda designavit. Dubius non haereo, specimina haec ad Prilep in Macedonia lecta et pro *E. longirostro* Form. descripta fuisse.

Erodium cicutarium L'Her.

Lac. Presba in M. (V, 33); Kostenee in Bg. (VI, 24); Alexinae in S. (VII, 42); Vlachava in mt. Ch., Mavrika in mt. Ot. Th. (X, 66); Vodena in M. (leg. Kindl).

Locus excludendus:

Maglenci in M. (VII, 42 = *E. Neilreichji* Jka).

Erodium absinthoides Willd.

Pletvar in M. (V, 33); Luben pl. in M. (VII, 42, ? *G. tuberosum* L., det. Halácsy); Luben pl., Suho polje pl. in M. (XIII, 228, *E. absinthoides* Willd. var. *elata* Form. 1899).

Erodium absinthoides Willd. var. *elata* Form. 1899 =

E. absinthoides Willd. typ.

Luben pl., Suho polje pl. in M. (XIII, 228).

Varietas proposita a planta typica non differt. Caules ut in typo foliosi, calices manifeste glandulosi, rostra longitudine normali. Indumentum in planta nostra variabile observatur. Specimina in m. Luben pl. lecta superne parce glandulosa sunt, ea ad Pletvar crescentia dense et longius glandulosa; petioli foliorum patule hirtorum glanduloso-pilosi.

Balsamineae A. Rich.

Impatiens noli tangere L.

Momena čuka pl. in M. (*Lapsana communis* L. in sch.). E locis indicatis in herbario non obvia.

Oxalideae DC.**Oxalis acetosella L.**

Momena čuka pl. in M. (XII, 86).

Oxalis stricta L.

Plantae ad Anadoli-Kavak et Adampol in As. (IV, 31) indicatae stipulas bene evolutas habent, quo caractere ad *O. corniculatam* L. spectant.

Oxalis corniculata L.

Anadoli-Kavak et Alemda in As. (IV, 31, *O. stricta* L.); Lechonia in Th. (X, 66); Vodena in M. (XIII, 229).

Zygophylleae Br.**Tribulus terrestris L.**

Podvelež pr. Mostar (II, 26, pro var. *glabrato* Borb.); Demir-Kapu, Saloniki in M.; Larissa, Makryehori, Trikala in Th. (III, 40); Gradsko et Ulanca in M. (V, 33); Trikala in Th. (IX, 92); Vodena (leg. Kindl) et Demirhissar in M. (XIII, 229); Spalato, Sebenico et Ragusa in D.; Üsküb in M. (1889); Philippopolis in Bg.; Ochrida in M.

Indumentum huius speciei summo opere variabile. Quam ob rem plantam ad Podvelež pr. Mostar in Heregovina lectam et cum speciminibus ad Spalato et Sebenico in Dalmatia lectis identicam pro var. *glabrato* Borbás separare nolo.

Rutaceae Juss.**Dictamnus albus L.**

Stiena Usunoviča pr. Zenica et Zbilje in B. (I, 40).

***Dictamnus albus L. var. macedonicus Borbás.**

Vodena in M. (XII, 86, pro typico). Hucce specimen incompletum ad Patsios in O. th. lectum spectare videtur (IX, 92, pro typico).

Haplophyllum coronatum Grsb.

Suho polje pl. in M. (VII, 42); Lopatnica pl. in M. (VII, 42, H. Biebersteinii Spach); Trikala in Th. (X, 66, Ruta divaricata Ten.); Vodena, Ošlan, Eksisu in M. (XII, 86); Lukavec, Suho polje pl. in M. (XIII, 229).

* **Haplophyllum patavinum** Juss.

Plandolovi (Plana dola) pr. Neum Kula et Podvelež pr. Mostar (I, 40, Ruta divaricata Ten.); Blagaj in H. (1888)!

Haplophyllum Biebersteinii Spach (H. suaveolens DC.).

Üsküb in M. (III, 40, det. Halácsy); Gradsko, Demir-Kapu et Pletvar in M. (V, 33); Alexinac in S. (VI, 24); Demir-Kapu in M. (IX, 92); Sv. Petka pr. Stanimaka in Bg. (XI, 98).

Locus excludendus:

Lopatnica pl. in M. (VII, 42 = H. coronatum Grsb.).

Ruta divaricata Ten.

Mostar et Bilek in H. (I, 40); Kapurna in Th. (III, 40); Milouna et Patsios in O. th. (IX, 92); Ragusa in D.!

Loca excludenda:

Podvelež et Plandolovi pr. Neum Kula in H. (I, 40 = Haplophyllum patavinum Juss.); Trikala in Th. (X, 66 = Haplophyllum coronatum Grsb.).

Ruta montana L.

Jedi Kule (det. Halácsy) in T. e.; Bulgurlu Tepe pr. Skutari in As. (IV, 32).

Peganum Harmala L.

Üsküb et Saloniki in M. (III, 40, det. Halácsy); Ulanca in M. (V, 33); Kapudži in M. (XII, 86).

Staphyleaceae Bartl.**Staphylea pinnata** L.

Ex omnibus locis indicatis specimina non obvia.

Celastrineae R. Br.

Euonymus latifolius Scop.

Olympus in As. (IV, 32); Flora pl. in M. (IX, 93); Flora pl., Pržigrad pl. et Dudlića pl. in M. (XII, 86); Vodena in M.!

Euonymus europaeus L.

Specimina in herbario inventa ad varietatem sequentem spectant.

Euonymus europaeus L. var. **bulgaricus** Velen.

Col. Jailadžik ad Ichtiman in Bg. (VI, 24, pro typico); Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 98); Köprülü, Vodena, Bitolia in M. (XIII, 229, *E. europaeus* L. var. *grandifolius* Form. 1899); Novi in B.!

Plantae e locis enumeratis (etiam illae pro nova varietate descriptae) cum *E. bulgarico* Velen. (Fl. bulg. p. 139) identicae sunt. Consentio cum auctore huius speciei, cuius specimina originalia in Bulgaria apud Stanimaka lecta (Stribrný, 1892) comparo, plantam hanc varietatem speciei typicae, in Europa media obviae sistere. Varietas haec, ut videtur, ubique in regionibus balcanicis crescit. Dr. Formánek eam ad Novi in Bosnia legit, equidem specimina ad Vojno pr. Mostar in Hercegovina a me lecta possideo.

Euonymus verrucosus Scop.

Col. Kara Bair ad Ichtiman in Bg. (VI, 24); Balia pl. in M. (IX, 93 et XII, 86).

***Euonymus japonicus** Thunb.

Ins. Lacrova in D. (I, 41, *Rhamnus alaternus* L.); Mula in D. (1887, *Rhamnus alaternus* L., det. Vukotinović); Spalato, Ragusa, Gravosa et Zara in D.!

Ilicineae Brong.

Ilex aquifolium L.

Mt. Ossa in Th. (III, 40); Godaman in O. th. (IX, 93); Vodena in M. (XIII, 229).

Rhamneae Br.**Paliurus australis** Gaertn.

Mostar, Počitelj, Blagaj in H. (I, 40); Busak pl. in H. (II, 26); Sičevo in S.: Üsküb, Saloniki, Kerečkői in M.; Larissa in Th. (III, 40); Vodena in M. (V, 33).

Zizyphus sativa Gaertn. (*Z. vulgaris* Lam.).

Kanali, Kipuria, Set. Joannes in K. (VIII, 41); Sat Tepe ad Philippopolin in Bg. (XI, 98); Demirhissar in M. (XIII, 229); Saloniki in M. (1889)!; Ismid in As. (1890)!; Bunardžik in Bg. (*Paliurus australis* Gaertn. in sch.).

Locus excludendus:

Trikala in Th. (IX, 93 = *Punica granatum* L.).

Rhamnus Frangula L. (*Frangula vulgaris* Rehb.).

Bunardžik in Bg. (XI, 98); Krupa in B.!

Rhamnus rupestris Scop. (*Frangula Wulfenii* Rehb.).

Ključ in B. (II, 26, det. Vukotinić); Trebević pr. Sarajevo in B. (1887, det. Vukotinić); Hum pr. Mostar in H. (ad var. *cinerescens* Murb. accedit).

Rhamnus alaternus L.

Specimina plantae ex ins. Laeroma in Dalmatia (I, 41) ad *Euonymum japonicum* Thunb. spectant.

Rhamnus cathartica L.

Tursko brdo pr. Paračin in S. (1891)!

Locus excludendus:

Balia pl., Flora pl. in M. (IX, 93 = *R. fallax* Boiss.).

* **Rhamnus intermedia** Steud. & Hochst.

(*R. adriatica* Jord.).

Dobrota in D.!; Kokorina pr. Mostar in H. (1888)!

* **Rhamnus saxatilis** L.

Sarajevo in B. (1887, det. Vukotinović); Suho polje pl. in M. (1899)!

Rhamnus tinctoria W. Kit. (*R. infectoria* L.
var. *pubescens* Grsb.).

Demir-Kapu in M. (III, 41, *R. infectoria* L. var. *pubescens* Grsb., det. Halácsy); Stanimaka in Bg. (XI, 98, det. Halácsy).

Rhamnus infectoria L. var. **pubescens** Grsb.

Specimina pr. Demir-Kapu in M. (III, 41) lecta cum *R. infectoria* W. Kit. identica.

Rhamnus fallax Boiss.

Vareš in B. (I, 41); Balia pl. et Flora pl. in M. (IX, 93, *R. cathartica* L.); Flora pl. et Momena čuka pl. in M. (XII, 86, det. Halácsy).

Terebinthaceae Juss.

Pistacia Terebinthus L.

Sebenico in D. (I, 41, det. Freyn); Blagaj in H. (I, 41, *P. Lentiscus* L.); Üsküb (det. Halácsy) in M.; Kapurna, Velestinos, Kalabaka (det. Halácsy) et Han Kuklëus in val. fl. Peneios Th. (III, 41); Anadoli-Kavak in As. (IV, 32, *P. Lentiscus* L.); Demir-Kapu in M. (det. Halácsy); Kalabaka in Th. (IX, 93); Palaeokastro, inter Neraida et Stylida in Th. (X, 67); Vodena in M. (XII, 87, det. Halácsy); Ošlan et Vodena in M. (XII, 93, *Ceratonia siliqua* L., det. Halácsy); Demirhissar, Karaferia in M. (XIII, 229); Cattaro et Ragusa in D.; Ljubinja in H.!; Bačkovo in Bg. (1897).

Loca excludenda:

Ismid in As. (IV, 32 = *P. palaestina* Boiss.); Kadiköi in As. (IV, 32 = *P. mutica* Fisch. & Mey.); Alemda in As. (IV, 32 = *Ligustrum vulgare* L.): val. Elidere in mt. Rh. Bg. (XI, 98 = *Fraxinus Ornus* L.).

* **Pistacia mutica** Fisch. & Mey.
(Boiss. Fl. or. II, 7).

Kadiköi in As. (IV, 32, *P. Terebinthus* L.).

Petiolis alatis, muticis, margine puberulis, inflorescentia paniculata, recta, fructu compresso, apiculato insignis. Etiam in Tauria et Byzantio indigena.

Pistacia Lentiscus L.

Durazzo in A.: col. Skafilaky, Set. Georgios pr. Prevesa in E. (VIII, 44); Gravosa et Ragusa in D. (1887, det. Vukotinović); Evropuli, Afra in K. (1894, *Putoria calabrica* L. in sch.); inter Neraida et Stylida in Th. (1896, det. Halácsy).

Loca excludenda:

Blagaj in H. (I, 41 = *P. Terebinthus* L.); Anadoli-Kavak in As. (IV, 32 = *P. Terebinthus* L.).

***Pistacia palaestina** Boiss. Fl. or. II. 6.

Ismid in As. (IV, 32, *P. Terebinthus* L.).

Rhus cotinus L.

Konjica in H. (I, 40); Zbilje in B. (I, 33, *Pyrola rotundifolia* L.).

Locus excludendus:

Flora pl. in M. (IX, 93 = *Sambucus nigra* L.).

Rhus coriaria L.

Balia pl. in M. (IX, 93, det. Halácsy); Flora pl. in M. (XII, 86, det. Halácsy); Pržigrad pl. et Dudiica pl. in M.!

Locus excludendus:

M. Doxa in M. (XIII, 229 = *Sorbus aucuparia* L.).

Caesalpineae Br.

Ceratonia siliqua L.

Ragusa, Gravosa et ins. Lacroma in D.

Locus excludendus:

Vodena et Ošlan in M. (XII, 93 = *P. Terebinthus* L.).

Cercis siliquastrum L.

Val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 50, det. Halácsy): m. Pelion in Th. (IX, 109); Vodena in M. (XII, 93).

Papilionaceae L.**Spartium junceum** L.

Ragusa, Lacroma, Mula in D. (I, 49); Plessidi in Th. (III, 55, det. Halácsy); Jedi-Kule, Jeni-Mahale in T. e.; Alemda in As. (IV, 44); Kavaja in A. (VIII, 51); Mytikas in E. (1894); Kanoni in K. (1894); Kerečkői dagh pr. Saloniki in M. (1898).

* **Genista radiata** Scop.

Smrdan!, Golemi kamen et Sibecki livadi in Suha pl. S. (1889).

Genista Nissana Petrović.

Gorna Vodena apud Ūšküb in M. (V, 46); Gorica pr. Niš in S.

Genista acanthoclada DC. var. **pentelica** Form. 1897
= **Anthyllis Hermanniae** L.

M. Pentelicon Atticae (XIV, 81, leg. Leonis).

Cum speciminibus siculis optime convenit. Hucce fragmentum sterile ad Hagios Athanasios in M. lectum et pro *Calycotome villosa* Link determinatum (XIII, 235) referendum.

Genista ottomanica Form. 1899 = **G. carinalis** Grsb.

Vodena in M. (XIII, 235, leg. Kindl).

Specimen unicum, floriferum a speciminibus macedonicis et bulgaricis non diversum differentiasque a Dre Formáneek enumeratas non exhibet. Descriptio originalis (l. c.) quoad indumentum, calices et praesertim vexillum pertinet omnino falsa: ramuli angulati, ad angulos adpresse et parce setulosi sunt, calices glabrusculi dentes lanceolato-lineares, tubo subduplo longiores, margine parce setuloso-ciliatos habent; vexillum carina manifeste subduplo brevius observatur.

Genista carinalis Grsb.

Col. Kara Baŕr ad Ichtiman in Bg. (VI, 28); Balia pl. in M. (IX, 109, G. Sakellariadis B. O.); m. Mitrica in mt. Ch. Th. (X, 77); Balia pl., m. Karataš et Abdi Paseha Han in M. (XII, 93); Vodena in M. (XIII, 235, G. ottomanica Form.).

Genista germanica L.

Specimina in B. et H. indicata in herbario non repperi.

Genista Sakellariadis Boiss. & Orph.

Plasnica et Pusta reka pl. in M. (VII, 65, det. Halácsy).

Specimina satis manca descriptioni in Boiss. Fl. or. II, 41 omnino respondent. Legumina ut in *G. sericea* Wulf. oblongo-lineararia, sericea.

Locus excludendus:

Balia pl. in M. (IX, 109 = *G. carinalis* Grsb.).

Genista tinctoria L.

Kara Baŕr ad Ichtiman in Bg. (VI, 28, *G. ovata* W. Kit.); Be-lovo in Bg. (XI, 107, *G. ovata* W. Kit.); Sisek in Croatia.

Specimina fragmentosa in Balia pl. M. lecta (IX, 109) legumina adpresse setuloso-puberula habent, qua nota formam exacte non determinandam exhibent.

Genista campestris Jka.

Planta in Serbia a dom. Ilić lecta (IX, 109) non obvia in herbario.

Genista lydia Boiss.

Specimina plantae in Hadžibarica pl. M. (IX, 109) lectae ad *G. depressam* MB. spectant.

Genista ovata W. Kit.

Bihać, Vedropolje, Gorjevac in B. (II, 34); Sibecki livadi in Suha pl. S. (III, 55); Žabljak, Barakovac in B.!

* **Genista depressa** MB.

Hadžibarica pl. in M. (IX, 109, *G. lydia* Boiss., det. Halácsy);
Postranska pl. in M. (XIII, 236, *G. Postranensis* Form.); Vitoša
pl. in Bg.

Specimina incompleta cum bulgaricis omnino conveniunt.

Genista Postranensis Form. 1899 ==
G. depressa MB.

In graminosis et sterilibus ad Postranska pl. in M. (XIII, 236).

Specimina florifera cum speciminibus bulgaricis in valle Elidere mt. Rh. Bg. anno 1901 a dom. Stříbrný lectis (Hb. Velenovskýi) optime conveniunt. Racemi in speciminibus male exsiccatis, ut in diagnosi originali scriptum legimus, „subsecundi“ designantur. Indumentum speciminum nostrorum sat densum, ut in plantis a cl. Bornmüller in Cappadocia lectis (in alpinis mt. Ak dagh in iugo Karababa). Legumina conspicue sericea, quamquam ex plantis vix floriferis exacte non describenda, tamen in diagnosi „oblonge rhombea“ designantur.

Genista ptilotricha Spach.

Adampol in As. (IV, 44, det. Freyn).

Specimen unicum sat incompletum descriptioni in Boissier Fl. or. II, 46 bene respondet.

Genista sagittalis L.

Lipnik et Vučička luka pr. Sarajevo in B. (I, 49); Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 65); Popovi livadi in Suha pl. S. (XI, 107); Pusta reka pl. in M. (XIII, 236); Grmeč, Dugopolje, Arnautova šuma et Glog pr. Sarajevo in B. (1887); Vitoša pl. in Bg. (1892).

Genista nitida Form. 1897.

Specimina originalia plantae ad Batak in mt. Rh. Bg. indicatae (XI, 107) in herbario non obvia. Secundum Drem Formánek cum *G. pilosa* et *G. rhodopea* Velen. affinis.

Lembotropis nigricans (L. sub Cytiso).

(Genista nigricans Scheele). *)

Modra, col. Čelin pr. Visoko in B. (I, 49); Brusnik in M. (V, 46, det. Halácsy); Diavato, Bukovo in M. (VII, 65).

Petteria ramentacea Presl.

(Cytisus ramentaceus Sieb., Genista ramentacea Briq.). **)

Plandolovi pr. Neum Kula in H. (I, 49); Kokorina pr. Mostar in H. (II, 34); Podvelež pr. Mostar in H.; Dobrota in D.

Podocytisus caramanicus Boiss. & Heldr.

(Cytisus caramanicus Nym.).

Spilia in mt. Ossa, Vendišta et Kastania in P. Th. (III, 55, det. Halácsy); Kalabaka in Th. (IX, 109, det. Halácsy).

Locus excludendus:

Tshekirge in As. (IV, 44 = Jasminum fruticans L.).

Cytisus monspessulanus L.

(C. candicans DC.).

Adampol in As. (IV, 44, det. Freyn).

Specimina manca, fructifera certe huc spectant. Cum stirpe gallica et dalmatica optime convenit.

* **Cytisus elongatus** W. Kit. var. **glaber** DC.

Ad Niš in Serbia leg. Ilić.

Cum speciminibus ad Caribrod ab amic. V e l e n o v s k ý lectis identicus.

Cytisus hirsutus L.

Ad Sarajevo in B. (Hb. St. Bjelić)!; Serbia (sine loci spec. indicatione).

Locus excludendus:

M. Korthiati in M. (XII, 93 = C. polytrichus MB.).

*) John Briquet, Études sur les Cytises des Alpes Maritimes, Genève et Bale. 1894, pag. 122.

**) l. c. pag. 123.

* **Cytisus hirsutus** L. β) **hirsutissimus** Boiss.
(*C. hirsutissimus* C. Koch).

Vodena in M. (XIII, 236, pro typ.).

* **Cytisus polytrichus** MB.

Balia pl. in M. (IX, 109, *C. austriacus* L.); m. Korthiati in M. (XII, 93, *C. hirsutus* L.).

Foliola in speciminibus manicis, fructiferis parva, caules densissime patule pubescentes.

Cytisus leucanthus W. Kit.

Ad Prugovac in S. (VI, 28, *C. austriacus* L.); Mali Jastrebac et Tri Kladenci in S. (IX, 109, *C. austriacus* L.).

Foliola pagina superiore subglabra, inferiore parce et adpresse pubescentia. Cum planta in coll. dumetosis ap. Orsova a Dre Degen lecta (Kerner, Fl. exs. austr.-hungar. nr. 2820) omnino identicus.

Locus excludendus:

Col. Gorica pr. Niš in S. (X, 78 = *C. Rochelii* Wierzb.).

* **Cytisus pallidus** Schrad.

Glavičin in S. (V, 46, *C. supinus* L.); Mužinci in S. (VII, 65, *C. austriacus* L.).

Cum stirpe hungarica optime convenit.

* **Cytisus Rochelii** Wierzb.

Studena (leg. Ilić), Smrdan in Suha pl. et col. Coška pr. Vranja in S. (III, 55, *C. capitatus* Scop.); Tursko brdo ap. Paračin in S. (V, 46, *C. supinus* L.); Mužinci in S. (VII, 65, *C. austriacus* L.); col. Gorica pr. Niš in S. (X, 78, *C. leucanthus* W. Kit.).

Cum plantis banaticis et hungaricis omnino identicus.

Cytisus austriacus L.

Ūsküb in M. (III, 55); Alexinac in S. (VI, 28); m. Rtanj in S. (VII, 65); col. Gorica pr. Niš in S.!

Loca excludenda:

Prugovac in S. (VI, 28 = *C. leucanthus* W. Kit.); Soko Banja, Bjela Voda in S. (VII, 65 = *C. Heuffelii* Wierzb.); Mužinci in S. (VII, 65 = *C. pallidus* Schrad.); Gorno Divjak et Buševa česma in M. (VII, 65 = *C. eriocarpus* Boiss.); Mali Jastrebac et Tri Kladenci in S. (IX, 109 = *C. leucanthus* W. Kit.); Balia pl. in M. (IX, 109 = *C. polytrichus* MB.); m. Linuri ap. Nevěska in M. (XII, 93, var. = *C. absinthoides* Jka); Pusta reka pl. in M. (XIII, 236, var. = *C. eriocarpus* Boiss.).

* **Cytisus austriacus** L. var. **thessalus** Boiss. Fl. or. II, 53.

Plessidi in Th. (III, 55, *C. capitatus* Scop.).

Specimina satis manca hucce spectant; cum *C. capitato* Scop. non comparanda.

* **Cytisus Heuffelii** Wierzb.

Soko Banja, Bjela Voda in S. (VII, 65, *C. austriacus* L.).

A speciminibus hungaricis nulla nota distinguendus.

Cytisus pygmaeus Willd.

Bith. Olympus in As. (IV, 44, det. Freyn). Cum planta a cl. Bornmüller ibidem lecta identicus.

Cytisus supinus L. (*C. capitatus* Scop.).

Bistrica!, Buetić!, Cikl pr. Sitnica!, Kozini pr. Novi (det. Borbás), Lipnik, Sasina!, Modra (det. Borbás), Šehovci, Dobož!, Žabjak! in B. (1887); Sisek in Croatia!

Loca excludenda:

Studena, Smrdan in Suha pl. et col. Coška pr. Vranja in S. (III, 55 = *C. Rochelii* Wierzb.); Plessidi in Th. (III, 55 = *C. austriacus* L. var. **thessalus** Boiss.); Glavičin in S. (V, 46 = *C. pallidus* Schrad.); Tursko brdo ap. Paračin in S. (V, 46 = *C. Rochelii* Wierzb.).

* **Cytisus eriocarpus** Boiss. Fl. or. II, 51.

Gorno Divjak, Buševa česma in M. (VII, 65, *C. austriacus* L.); Pusta reka pl. in M. (XIII, 236, *C. austriacus* L. var. *leucanthus* W. Kit.).

Specimina macedonica a bulgaricis non discrepant.

* **Cytisus absinthoides** Jka.

M. Linuri apud Nevěska in M. (XIII, 93, *C. austriacus* L. var. *leucanthus* W. Kit.).

* **Calycotome infesta** Guss.

Ragusa in D.!

Calycotome villosa Lk.

Volo in Th. (III, 55, det. Halácsy); Rumeli-Kavak in T. e.; Beikos in As. (IV, 44); col. Kephalomanduchion, Analysis, Sect. Joannes et Gasturi in K. (VIII, 51); Livadi in M. (XIII, 235); Lacroma in D.!

Locus excludendus:

Hagios Athanasios in M. (XIII, 235 = *Anthyllis Hermanniae* L.).

Ononis breviflora DC.

M. Pentelicon Atticae (XIV, 81, leg. Leonis, det. Halácsy).

Ononis hircina Jacq.

Žepče in B. (I, 49); Karaula pr. Jajce in B. (II, 34); Kmur in B. (*O. spinosa* L. in sch.); Niš in S. (*O. spinosa* L. in sch.).

Loca excludenda:

Kapurna in Th. (III, 55 = *O. Columnae* All.); val. fl. Peneios in Th. (IX, 109, subsp. = *O. antiquorum* L. var. *glandulifera* Halác.); Gorica pr. Niš in S. (X, 78, var. = *O. procurrens* Wallr.); Pirot in S. (XI, 108, subsp. = *O. procurrens* Wallr.).

Ononis hircina Jacq. var. **spinescens** Ledeb.

Ichtiman in Bg. (VI, 28, *O. spinosa* L.).

* **Ononis procurrens** Wallr. (*O. repens* L. p. p.).

Banjaluka, Maslovare in B. (I, 49, *O. spinosa* L.); col. Gorica pr. Niš in S. (X, 78, *O. hircina* Jacq. subsp. *spinescens* Ledeb.); Pirot in S. (XI, 108, *O. hircina* Jacq. subsp. *spinescens* Ledeb.); Novi, Zaspas, Faletići in B. (*O. spinosa* in sch.); Crni vrh in S. (?) (*O. hircina* Jacq. subsp. *spinescens* Ledeb. in sch.).

Ononis spinosa L. (*O. campestris* K. Z.).

Planta typica in herbario non obvia.

Excluduntur loca:

Banjaluca, Maslovare in B. (I, 49 = *O. procurrens* Wallr.); Han Dervent in M. (III, 55 = *O. antiquorum* L.); Ichtiman in Bg. (VI, 28 = *O. hircina* Jacq. var. *spinescens* Ledeb.); Ostrec in M. (VII, 65 = *O. antiquorum* L.).

Ononis antiquorum L.

Han Dervent in M. (III, 55, *O. spinosa* L.); Ostrec in M. (VII, 65, *O. spinosa* L.); Pharsalos in Th. (IX, 110); Karditsa in Th. (X, 78); Langaza in M. (1898, *O. hircina* Jacq. subsp. *spinescens* Ledeb. in sch.); Ostrovo et Ošlan in M. (1898, *O. spinosa* L. in sch.); Oslopsko brdo in M. (*O. hircina* Jacq. subsp. *spinescens* Ledeb. in sch.); Larissa in Th. (1889)!

Loca excludenda:

Malakasi in P. (IX, 110 = *O. leiosperma* Boiss.); col. Burbulitra pr. Volo, Limogardi et Lamia in Th. (X, 78 = *O. leiosperma* Boiss.).

* **Ononis antiquorum** L. var. **glandulifera** Halácsy,
Consp. Fl. gr. I, 349.

Val. fl. Peneios in Th. (IX, 109, *O. hircina* Jacq. subsp. *spinescens* Ledeb.); monastir Korona in Th. (X, 78, pro typica); col. Kephalomanduchion, Kanali in K. (1894)!

Ononis antiquorum L. var. **purpurascens** (Form. p. sp.)
Halácsy.

In ruderalis et incultis apud Trikala in Th. (IX, 110 et X, 78).

Ononis purpurascens Form. 1895 = **O. antiquorum** L.
var. **purpurascens** (Form.) Halácsy.

In ruderalis et incultis apud Trikala in Th. (IX, 110 et X, 78, deser. ampl.).

Species haec ad *O. antiquorum* L. accedit, a qua certe specificè non diversa, ut iam Dr. Halácsy bene novit, qui eam in Conspectu Fl. gr. I, 349 pro var. *purpurascenti* (Form.) Halácsy plantae typicae habet.

Specimina in tract. IX, 110 et X, 78 descripta omnino non identica. Plantae anno 1895 lectae et in duob. fragmentis in herbario asservatae in scheda nomen *O. thessala* Form. datum. Ex his speciminibus descriptio originalis in tract. IX, 110 perfecta est; nam caules „sparse et breviter puberulos (nec adpresse puberulos), foliola sparse puberula, glandulis sessilibus destituta, flores apice ramorum laxe racemosos (nec dense racemosos)“ gerunt. Notis reliquis a typica *O. antiquorum* L. non differunt eiusque varietatem glabratam, eglandulosam sistunt. Anno 1896 Dr. Formánék iterum ad Trikala specimina parum diversa legit, ex quibus descriptio correctata (X, 78). Specimina haec glaucescentia, caules eorum glaberrimi, foliola eglandulosa cum calicibus pilis albis, longis parcissime ciliatula. Formam hanc extremam nomine *O. antiquorum* L. var. *glabra* designare possumus. Quoniam omnia hic memorata specimina in reliquis notis plerumque identica, designanda sunt: *O. antiquorum* L. var. *purpurascens* (Form.) Halácsy, quae definienda: glabriuscula, foliola glandulis sessilibus destituta.

Ononis leiosperma Boiss.

Supra Malakasi in P. Th. (IX, 110, *O. antiquorum* L.); col. Burbulitra pr. Volo, Limogardi et Lamia in Th. (X, 78, *O. antiquorum* L.); Prilep in M. (1898)!; Pelion in Th. (1896, *O. antiquorum* L. in sch.); Saloniki in M. (*O. hircina* Jacq. subsp. *spinescens* Ledeb. in sch.).

Specimina nostra valde fragmentosa, habitu *O. antiquorum* L. revocant, a qua seminibus exacte laevissimis, nec tuberculato-scabridis differunt. Indumentum simile, spinae validiores. In Europa adhuc a nemine observata est.

Ononis Columnae All.

Zenica in B. (I, 47); Krupa in B. (I, 48, *P. chrysantha* Trev.); Vitoša, Jailadžik et Sakardža in Bg. (VI, 27); Kara Bair et Sakardža in Bg. (VI, 27, pro var. *leucotricha* Borb.).

*) Species enumeratae e genere **Rubo** (det. beat. Borbás) et **Rosa** (det. beat. J. B. Keller) in herbario non asservantur.

**) Species huius generis cl. Th. Wolf benevole determinavit; adnotationes ab ipso de singulis speciebus factas in [] ascribo.

Loca excludenda:

Doboj et Trebević pr. Sarajevo in B. (I, 47 = *P. recta* var. *balcanica* Th. Wolf); Modra in B. (I, 47 = ?*P. hirta* var. *laeta* (Rehb.)); Vranjska in B. (II, 32 = *P. recta* var. *obscura* (W.)); Busak pl., Mostar in H. (II, 32 = *P. adriatica* Murb.); Spilia in mt. Ossa Th. (III, 54 = *P. hirta* v. *pedata* (W.) + *P. hirta* × *canescens*); Dokimi in P. (III, 54 = *P. hirta* var. *pinnatifida* Grsb.); Dihovo in M. (V, 45 = *P. recta* var. *balcanica* Th. Wolf); Peristeri in M. (V, 45 = *P. hirta* × *Detommasii* Ten. var. *holosericea* Grsb.); Bitolia in M. (V, 45 = *P. hirta* var. *pinnatifida* Grsb.); Zygos in P. (IX, 108 = *P. hirta* L.); Itamos in mt. Ag. Th. (X, 76 = *P. hirta* L.).

***Potentilla recta** L. var. **balcanica** Th. Wolf.

Trebević pr. Sarajevo [forma *gracilior* foliolis obovato-oblongis] et Doboj in B. (I, 47, *P. recta* L.); Dubovik turski [forma *elatior*], Zbilje in B.; Bročnik pr. Ljubinje in H. (I, 48, *P. pilosa* Willd.); Krupa in B. (I, 48, *P. obscura* aut.) [Forma *gracilis*]; Nevesinje in H. (II, 32, *P. pilosa* Willd.) [Forma *gracilis*]; Vis breg pr. Sičevo, Gorica pr. Niš (p. p.) in S. (III, 54, *P. obscura* aut.); Dihovo in M. (V, 45, *P. recta* L.); Logorište ad Alexinac in S. (IX, 108, *P. pilosa* Willd.).

Potentilla pilosa Willd.

Planta vera in herbario deest. Specimina ad Dubovik turski et Zbilje in B., Bročnik pr. Ljubinje in H. (I, 48), Nevesinje in H. (II, 32) et Logorište ad Alexinac in S. (IX, 108) lecta ad *P. rectam* L. var. *balcanicam* Th. Wolf spectant.

Potentilla recta L. var. **obscura** (W.).

(*P. obscura* aut.).

Jajce [forma ad var. *balcanicam* Th. Wolf *vergens*], Zenica, Moštanica pr. Sarajevo, Kalinovik in B. (II, 32); Vranjska in B. (II, 32, *P. recta* L.) [Forma *gracilis* ad var. *balcanicam* Th. Wolf *parum vergens*]; Gorica pr. Niš (p. p.) et Mokra in S. (III, 54); Leskovnik in S. et Sakardža in Bg. (VI, 27); m. Rtanj in S., Gorno Divjak in M. (VII, 64).

Loca excludenda:

Krupa in B. (I, 48 = *P. recta* L. var. *balcanica* Th. Wolf); Gorica pr. Niš (p. p.) et Vis breg pr. Sičevo in S. (III, 54 = *P. recta* L. var. *baleanica* Th. Wolf); Balia pl. in M. (IX, 108 = *P. recta* × *canescens*); Said Pascha in P. (IX, 108 = *P. hirta* L. var. *pedata* (Willd.)).

* *Potentilla recta* × *canescens*.

Peristeri in M. (VII, 64, *P. canescens* Bess. p. p.); Balia pl. in M. (IX, 108, *P. obscura* Willd.).

Potentilla recta × *argentea*.

Stirps ad Crni vrh pr. Foča (II, 32) lecta ex cl. Th. Wolf hybridae originis non est; partim ad *P. canescentem* Bess., partim ad *P. hirtam* var. *pedatam* (Willd.) spectat.

* *Potentilla hirta* L.

Crni vrh pr. Foča in B. (II, 32, *P. recta* × *argentea* (p. p.)); Olympus in As. (IV, 43, *P. taurica* Willd.); Ismid dagh in As. (IV, 43, *P. laeta* Rehb.); Ostrec et Diavato in M. (VII, 67, *P. laeta* Rehb.); Itamos in mt. Ag. Th. (X, 76, *P. recta* L.); m. Gha-vellu in mt. Ag. Th. (1896, det. Th. Wolf).

Potentilla hirta L. var. *pedata* (Willd.).

Plužine in H. (II, 32, *P. laeta* Rehb.) [Ad var. *pinnatifidam* Grsb. vergens]; Velitsena [forma monstrosa], Malakasi [ad var. *pinnatifidam* Grsb. vergens], Han Kuklëus in val. Peneios Th. (III, 54, *P. laeta* Rehb.); mt. Ossa in Th. (III, 54, *P. recta* L.); Golemi kamen, Grob in Suha pl. S. (III, 54, *P. chrysantha* Trev.); Zygos in P. (IX, 108, *P. recta* L.); Said Pascha in P. (IX, 108, *P. obscura* Willd.); Karava in mt. Ag., st. Kucuro et Phlambures in mt. Ch. Th. (X, 76, *P. pedata* Willd. var. *chassia* Form.); m. Korthiati in M. (XII, 92, *P. inclinata* Vill. var. *virescens* Boiss.); Neum Kula in H. (1887, det. Th. Wolf); Ozren pl. in S. (1892, *P. chryso-craspeda* Lehm. in sch., det. Zimmeter); Buševa česma in M. (1893, det. Th. Wolf); Vlachava in Th. (1895, det. Th. Wolf).

Potentilla pedata Willd. var. **chassia** Form. 1896

= **P. hirta** L. var. **pedata** (Willd.).

St. Kucuro, Phlambures in mt. Ch. Th. (X, 76).

In hac forma robusta inflorescentia contracta floresque parum minores, breviter pedicellati proveniunt, quae notae ad varietatem describendam non sufficiunt (ex cl. Th. Wolf).

Specimina plantae in Asanačka pl. M. (XII, 92) indicatae ad *P. Detommasii* var. *holosericeam* Grsb. pertinent.

Potentilla hirta L. var. **pinnatifida** Grsb.

Demir-Kapu, Kapurna pr. Volo in Th. (III, 54, *P. laeta* Rehb.); Dokimi in P. (III, 54, *P. recta* L.); Spilia in mt. Ossa Th. (III, 54, *P. laeta* var. *pinnatifida* Grsb.); Bitolia in M. (V, 45, *P. recta* L.) [Forma pilosa]; monastir ad Slivnica in M. (V, 45, *P. laeta* Rehb.) [Forma hirsuta Th. Wolf]; Brusnik pr. Bitolia in M. (V, 45, *P. laeta* Rehb. forma pilosior) [Forma hirsuta Th. Wolf]; Smolevo in M. (V, 45, *P. laeta* Rehb.); Ostree in M. (VII, 64, *P. laeta* Rehb.); Vlachava in Th. (X, 77, ?*P. canescens* Bess.).

Potentilla hirta L. var. **laeta** (Rehb.).

Trebević et Glog pr. Sarajevo in B. (I, 48) [Forma elatior]; Modra in B. (I, 47, *P. recta* L.); Mali Velež pr. Nevesinje, Hum pr. Mostar in H. (II, 32); Supovac in S. [forma inter v. laetam et pedatam intermedia], Dokimi et Chaliki [formae pumilae] in P. (III, 54); Ismid dagh pr. Ismid in As. (IV, 43).

Loca excludenda:

Plužine in H. (II, 32 = *P. hirta* var. *pedata* (Willd.)); Demir-Kapu in M., Kapurna pr. Volo in Th. (III, 54 = *P. hirta* var. *pinnatifida* Grsb.); Velitsena, Malakasi, Han Kukleus in val. fl. Peneios Th. (III, 54 = *P. hirta* var. *pinnatifida* Grsb.); monastir ad Slivnica in M., Brusnik pr. Bitolia et Smolevo in M. (V, 45 = *P. hirta* var. *pinnatifida* Grsb.); Ostree et Diavato in M. (VII, 64 = *P. hirta* L.).

***Potentilla hirta** × **canescens**.

Spilia in mt. Ossa Th. (III, 54, *P. recta* L. p. p.).

***Potentilla hirta** × **Detommasii** var. **holosericea** Grsb.

M. Peristeri in M. (V, 45, *P. recta* L.); Buševa česma in M. (VII, 64, *P. Detommasii* Ten. typ.).

Potentilla argentea × **hirta**.

Vaganac pr. Petrovac in B. (II, 32) [*Planta hybrida P. argentea* × *hirta* (? v. *laeta*, ? v. *pedata*)]; Olympus in As. (IV, 43) [*Hybrida proles P. argentea* × *hirta* (? v. *laeta*, ? v. *pedata*)]; Bitolia in M. (V, 46) [*Planta hybrida P. argentea* × *hirta* var. ?; *P. dolosae* Hausskn. similis].

Potentilla taurica Willd.

Ūšküb in M. (III, 54) [= var. *angustissima* Borb.].

Loca excludenda :

Olympus in As. (IV, 43 = *P. hirta* var. ?); Tschekirge in As. (IV, 43 = ?*P. taurica* × *hirta*, aut *P. taurica* × *recta*).

***Potentilla adriatica** Murb.

(*P. taurica* Zimm. olim non Willd.).

Busak pl., Mostar in H. (II, 32, *P. recta* L.).

Potentilla canescens Bess. (*P. inclinata* Vill.).

Maglaj, Sarajevo in B. (I, 48); Dugopolje, Jajce, Crni vrh pr. Foča in B. (II, 32); Crni vrh pr. Foča in B. (II, 32, *P. recta* × *argentea* p. p.); Dubrava in B. (II, 32, *P. argentea* L.); Bihać in B. (II, 32, *P. confinis* Jord.) [*Forma minor*]; Velež pl. pr. Nevesinje in H. (II, 32, *P. collina* Wibel.); Peristeri in M. (VII, 64, p. p.); Bukovo in M. (VII, 64, *P. incanescens* Op.); m. Mitrica in mt. Ch. Th. (X, 77, *P. incanescens* Op.); m. Karataš in M. (XII, 92) [*Forma*]; Debelo brdo pr. Sarajevo in B. (1887, det. Th. Wolf); Popovi livadi in Suha pl. S. (*P. obscura* in sch.; det. Th. Wolf); Ūšküb dagh (1893, det. Th. Wolf).

Loca excludenda :

Vlachava in mt. Ch. Th. (X, 77 = *P. hirta* var. *pinnatifida* Grsb.); m. Čuka in mt. Ch. Th. (X, 77 = *P. Detommasii* var. *holosericea* Grsb.); m. Korthiati in M. (XII, 92 = *P. hirta* var. *pedata* (Willd.)).

Potentilla inclinata Vill. vide **P. canescentem** Bess.

***Potentilla canescens** \times **hirta** var. **pedata**.
(? *P. argentea* \times *hirta*).

Bukovo in M. (V, 45, *P. argentea* L., secundum Zimmeter forma ad *P. magyricam* Borb. accedens).

* (?) **Potentilla canescens** \times **argentea**.

Arnautova šuma pr. Vučica luka in B. (I, 48, *P. confinis* Jord.); m. Peristeri in M. (V, 45, *P. argentea* L. forma *macrodon* Goir.).

Potentilla pindicola Hausskn.

Portaria et Plessidi pr. Volo in Th. (III, 54); stat. Čuka in Th. (1896, det. Th. Wolf).

Potentilla Detommasii Ten. var. **holosericea** Grsb.

M. Peristeri et Petrina 'pl. in M. (VII, 64, pro typ.); stat. Čuka in Th. (X, 77, *P. canescens* Bess.); Galičica pl. in M. (XII, 92, *P. holosericea* Grsb.); Asanačka pl. in M. (XII, 92, *P. pedata* Willd.); Orehovska pl. et Beli kamen [forma] in M. (det. Th. Wolf).

Locus excludendus:

Buševa česma in M. (VII, 64 = *P. hirta* \times *Detommasii* var. *holosericea* Grsb.).

Potentilla holosericea Grsb. vide var. antecedentem.

***Potentilla commixta** Hausskn. (*P. holosericea* \times *recta*).

Kaimakčalan pl. in M. (det. Th. Wolf).

Cum speciminibus originalibus bene convenit.

Potentilla argentea L.

Bistrica in B. (I, 48, *P. incanescens* Op.); Bihać, Smoljana, Krmine, Crni vrh pr. Foča [f. *angustisecta*], Bučnik pr. Vlaholje [f. *angustisecta*] in B. (II, 32); Goražda in B. (II, 32, *P. incanescens* Op.); Karaula pr. Bihać in B. (II, 32, *P. dissecta* Wallr.); Vis breg pr. Sičevo (leg. Ilić), Duga luka pr. Banja in S., Seli-

kany et Spilia in mt. Ossa, Malakasi et Velitsena in P. (III, 54); mt. Rhodope in Bg. (IV, 43); Juor pl. in S., Bitolia [forma] et Brusnik (p. p.) in M. (V, 45); Gorno Divjak, Peristeri [f. ad v. *tenuilobam* transitum praebens], Diavato [f. *angustisecta*], Petrina pl., Ostrec [f. *angustisecta*] in M. (VII, 64); Petrina in M. (VII, 64, P. *decumbens* Jord.) [Forma robusta]; Pržigrad et Momena čuka pl. in M. (IX, 108); Pržigrad pl. (IX, 108, var. *altissima* Borb.); M. Jastrebac in S. (IX, 108, var. *perincisa* Borb.); Asproklisia in Th. (X, 77) [F. ad var. *tenerrimam* (Velen.) Th. Wolf *accedens*]; Maglaj, Dubovik turski, Krupa, Doboje, Glog pr. Sarajevo in B. (1887, det. Th. Wolf); m. Peristeri in M. (1893, P. *incanescens* Op. in sch.).

Loca excludenda:

Trebević pr. Sarajevo in B. (I, 48 = P. *argentea* var. *tenuiloba* (Jord.)); Kmur in B. (II, 32 = P. *argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf); Dubrava in B. (II, 32 = P. *canescens* Bess.); Plužine in H. (II, 32 = P. *incanescens* Op.); Kristofor, Dihovo in M. (V, 45 = P. *argentea* var. *incanescens* Op.); Bukovo in M. (V, 45 = P. *argentea* var. *incanescens* Op. + P. *canescens* × *hirta* var. *pedata*); Brusnik in M. (V, 45 = P. *argentea* var. *dissecta* Wallr. p. p.); m. Peristeri in M. (V, 45 = P. *argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf + P. *canescens* × *argentea*); Vitoša pl. in Bg. (VI, 27 = P. *argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf); Kara Bair in Bg. (VI, 27 = P. *argentea* var. *dissecta* (Wallr.)); Hadžibarica pl., m. Peristeri in M. (XII, 91 et 92 = P. *argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf); Bara pl., m. Kaimakčalan in M. (XIII, 243 = P. *argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf); Pusta reka pl. in M. (XIII, 234 = P. *argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf).

Potentilla argentea L. var. **latifolia** Form.

Specimina plantae ad Kale in val. Čepelarska reka mt. Rh. Bg. (XI, 105) indicatae in herbario non reperi.

Potentilla argentea L. var. **incanescens** (Op.).

Romanja pl. in B. (II, 32, P. *tenuiloba* Jord.) [Foliorum forma quidem *P. tenuilobam* Jord. revocat, ob pubescentiam copiosiozem hucce vergens]; Plužine in H. (II, 32, P. *argentea* L.) [Forma intermedia inter var. *incanescens* Op. et var. *pseudocalabram* Th. Wolf]; Kristofor, Dihovo in M. (V, 45, P. *argentea* L.); Bukovo in M. (V, 45, P. *argentea* L., ex Zimmeter forma ad *P. ma-*

gyaricam Borb. vergens): Peristeri in M. (V. 45. *P. argentea* L. p. p.) [Forma intermedia inter var. *incanescens* Op. et var. *decumbentem* Jord.]; Gorno Divjak in M. (VII. 64. p. p.): Treskavec pl. in M. (*P. argentea* L. in sch.) [Ad var. *pseudocalabram* Th. Wolf vergens].

Loca excludenda:

Bistrica in B. (I, 48 = *P. argentea* L.); Goražda in B. (II, 32 = *P. argentea* L.); Suha pl. pr. Mokra in S. (III, 54 = *P. argentea* var. *pseudocalabra* T. Wolf); Banja in S. (III, 54 = *P. argentea* var. *tenuiloba* (Jord.)); Dihovo in M. (V, 46 = *P. argentea* var. *calabra* Ten.); Leskovnik in S., Jailadžik, Kara Baŕ in Bg. (VI, 27 = *P. argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf); Gorno Divjak in M. (VII, 64 = *P. argentea* var. *dissecta* Wallr. p. p.); Mojna, Maglenci in M. (VII, 64 = *P. argentea* var. *calabra* Ten.); Gobeš-Balkan in M. (VII, 64 = *P. argentea* var. *dissecta* Wallr.); Diavato in M. (VII, 64 = *P. argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf); Bukovo in M. (VII, 64 = *P. canescens* Bess.); Plasnica et Pusta reka pl. in M. (VII, 64, var. *breviloba* Form. = *P. argentea* var. *calabra* Ten.); Godaman et Patsios in O. th. (IX, 108 = *P. argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf); Tafilvrís in O. th. (IX, 108 = *P. argentea* var. *calabra* Ten. × *canescens* Bess.); m. Mitrica in mt. Ch. Th. (X, 77 = *P. canescens* Bess.); Hepdominta Aderfia in mt. Ox. Th. (X, 77 = *P. argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf).

Potentilla incanescens Op. var. **breviloba** Form. 1893
= *P. argentea* L. var. **calabra** Ten.

Plasnica et Pusta reka pl. in M. (VII, 64).

Stirps haec ex cl. Th. Wolf plantam typicam, cum calabrica identicam exhibet. Beatus Zimeter ad Dr. Formánek scripsit: „Forma pulcherrima ad typum *P. incanescens* Opiz accedens, partitione foliorum mirabilis.“ Ex hac adnotatione, ut cl. Th. Wolf iure putat, manifestum, cl. Zimeter *P. calabram* Ten. non novisse.

Potentilla argentea L. var. **dissecta** Wallr.

Krupa, Novi in B. (II, 32, *P. decumbens* Jord.) [Non typica ob foliorum paginam superiorem glabratam]; Brusnik in M. (V, 45. *P. argentea* L., ex cl. Zimeter *P. pseudoargenteae* Blocki proxima) [Non typica]; m. Sakardža in Bg. (VI, 27) [Non typica,

nam pagina superior foliorum glabra]; Kara Baır ad Ichtiman in Bg. (VI. 27. *P. argentea* L.) [Forma inter var. *dissectam* Wallr. et *pseudocalabram* Th. Wolf media]; Gorno Divjak in M. (VII. 64. *P. incanescens* Op. p. p.); Gobeš pl. in M. (VII. 64. *P. incanescens* Op.) [Non typica]; m. Korthiati in M. (*P. incanescens* Op. in sch.). [Forma tenerrima inter var. *dissectam* Wallr. et var. *tenuilobam* (Jord.) intermedia].

Loca excludenda:

Karaula pr. Bihac in B. (II. 32 = *P. argentea* L.): Novoselje in B. (II. 32 = *P. argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf): col. Coška pr. Vranja in S. (III. 54 = *P. argentea* var. *pseudocalabra* Th. Wolf).

* *Potentilla argentea* L. var. *calabra* Ten.

Dihovo in M. (V. 46. *P. incanescens* Op.); Maglenci, Mojna in M. (VII. 64. *P. incanescens* Op.); Plasnica et Pusta reka pl. in M. (VII. 64. *P. incanescens* Op. var. *breviloba* Form. 1893); Beli kamen in M. (*P. incanescens* Op. in sch.); Žervansko brdo in M. (*P. argentea* L. in sch.).

* *Potentilla argentea* L. var. *pseudocalabra* Th. Wolf.

Kmur in B. (II. 32. *P. argentea* L.) [Forma monstrosa, non typica]; Novoselje in B. (II. 32. *P. dissecta* Wallr.) [Forma balcanica a specimenibus *P. dissectae* Wallr. Europae centralis satis diversa]; col. Coška pr. Vranja in S. (III. 54. *P. dissecta* Wallr.); Mokra in S. (III. 54. *P. incanescens* Op.); m. Peristeri in M. (V. 45. *P. argentea* L. cum adnotatione Zimmeteri: „ad *P. incanescens* Op. accedit*); Vitoša pl. pr. Vladaja in Bg. (VI. 27. *P. argentea* L. et *P. argentea* L. var. *tenuiloba* Jord.) [Ad var. *dissectam* Wallr. parvifloram vergens]; Leskovnik in S., Jailadžik, Kara Baır in Bg. (VI. 27. *P. incanescens* Op.); Diavato in M. (VII. 64. *P. incanescens* Op.); Godaman in O. th. (IX. 108. *P. incanescens* Op.) [Ad var. *calabram* Ten. accedens. sed. elatior]; Patsios in O. th. (IX. 108. *P. incanescens* Op.); Hepdominta Aderia in mt. Ox. Tr. (X. 77. *P. incanescens* Op.); Hadžibarica pl. in M. (XII. 91. *P. argentea* L.) [Specimina incompleta]; m. Peristeri in M. (XII. 91. *P. argentea* L.); Bara pl. m. Kaimakčalan in M. (XIII. 234. *P. argentea* L.); Pusta reka pl. in M. (XIII. 234.

P. argentea L. var. *incanescens* Op.: Neveska pl. in M. (*P. incanescens* Op. in sch.); Orehovska pl. in M. (*P. tenuiloba* Jord. in sch.).

**Potentilla argentea* L. var. *subincanescens* Sauter.
Kalinovik in B. (II. 32. *P. argentea* L. p. p.).

**Potentilla argentea* L. var. *tenerrima* (Velen.) Th. Wolf.
Dubrava in B. (II. 32. *P. perincisa* Borb.); Asproklisia in Th. (X. 77. *P. argentea* L. p. p.).

Potentilla argentea L. var. *tenuiloba* (Jord.).

Trebević pr. Sarajevo in B. (I. 48. *P. argentea* L.) [Non typical]: Ratkovo. Sitnica. Crni vrh pr. Foča in B. (II. 32); Banja pr. Vranja in S. (III. 54. *P. incanescens* Op.).

Potentilla argentea × *hirta* (var. *laeta*? var. *pedata*?).

Vaganac pr. Petrovac in B. (II. 32. *P. laeta* × *argentea*); Olympus in As. (IV. 43. *P. argentea* × *laeta*); Bitolia in M. (V. 46. *P. laeta* × *argentea*).

**Potentilla dolosa* Hausskn.

(*P. supraargentea* × *hirta* var. *pedata*).

Orehovska pl. in M. (1898). [Cum specimenibus originalibus identica].

**Potentilla argentea* × *canescens*.

Neveska pl. in M. (det. Th. Wolf).

**Potentilla argentea* L. var. *calabra* Ten. (v. *pseudocalabra*?) × *canescens* Bess.

Tafilvrvis in O. th. (IX. 108. *P. incanescens* Op.).

Potentilla confinis Jord.

Specimina ita designata huic non spectant: excluduntur loca: Arnautova šuma pr. Vučja luka in B. (I. 48 = *P. canescens* × *argentea*); Bihać in B. (II. 32 = *P. canescens* Bess.).

Potentilla decumbens Jord.

Loca enumerata excluduntur: Novi, Krupa in B. (II, 32 = *P. argentea* L. var. *dissecta* Wallr.); Petrina in M. (VII, 64 = *P. argentea* L.).

Potentilla perincisa Borb.

Specimina plantae ap. Dubrava in B. (II, 32) lectae ad *P. argenteam* L. var. *tenerrimam* (Velen.) Th. Wolf referenda.

Potentilla chrysantha Trev.

Planta typica in herbario a me non inventa.

Loca excludenda:

Krupa in B. (I, 48 = *P. recta* L.); Grob, Golemi kamen in Suha pl. S. (III, 54 = *P. hirta* L. var. *pedata* (W.)).

Potentilla chrysantha Trev. var. **leiocarpa** Panč.

Plačevica pr. Vranja in S. (III, 54, pro typ.).

Potentilla leiocarpa Vis. & Panč.

Specimina plantae ad Djep in S. a cl. Ilić lectae (IX, 108) in herbario non repperi.

Potentilla collina Wibel.

Duo fragmenta in Velež pl. pr. Nevesinje lecta (II, 32), a beato cl. Zimeter adnotatione „zur Collina-Gruppe gehörig“ designata, secundum cl. Th. Wolf exacte non determinanda et potius *P. canescenti* Bešs. adnumeranda.

Potentilla aurea L.

Specimina plantae ad Dumoš pl. et Morinje pl. in H. lectae (II, 33), quamquam folia partim quinata habent, ob pubescentiam alienam ad *P. ternatam* C. Koch (*P. chrysocraspeda* Lehm.) referenda, cuius formam *quinatam* Th. Wolf exhibent.

Potentilla ternata C. Koch 1847 (*P. chrysocraspeda* Lehm. 1849 ex Th. Wolf).

Bratučina pl. in M. (V, 46); m. Midžor in S. (XI, 105); Ne-rečka pl. in M. (XII, 91); Kaimakčalan pl. in M. (XIII, 234).

Potentilla ternata C. Koch f. **quinata** Th. Wolf in litt.
 Dumoš pl. Morinje pl. in H. (II, 33, P. aurea L.).

Potentilla australis Kraš.

Pribinić in B. (I, 48, P. glandulifera Kraš.).
 Specimina in Kolačka pl. B. lecta (II, 32) exacte non determinanda.

Potentilla opaca L.

Specimina fragmentosa (sterilia) ad Karaula pr. Bihać in B. lecta (II, 32), a beato cl. Z i m m e t e r adnotatione „zur Gruppe der *P. opaca* L. = *P. verna* aut. non L. gehörig“ designata, exacte non determinanda.

Potentilla glandulifera Kraš. in litt.

Planta ad Pribinić in B. (I, 48) lecta ad *P. australem* Kraš. referenda.

* **Potentilla arenaria** Borkh.

Trebević pr. Sarajevo in B. (I, 48, P. Tommasiniana Schult. p. p.); Niš in S. (III, 54, P. Tommasiniana Schult.).

Potentilla Tommasiniana Schult.

Trebević pr. Sarajevo (p. p.), Bakie pr. Sarajevo in B. [f. foliis quibusdam quinatis], Konjica et Jablanica [f. quinata] in H. (I, 48): Šehovci [f. quinata], Debelo brdo pr. Kovačići, Miljacka pr. Sarajevo in B. (II, 33); Grob, Golemi kamen, Sibecki livadi in Suha pl. S. (III, 54); Leskovnik et Soko Banja in S. (VI, 27); m. Rtanj in S. (VII, 65).

Locus excludendus:

Niš in S. (III, 54 = *P. arenaria* Borkh.).

Potentilla Tommasiniana × **opaca**.

Planta ita designata, ad Bakie pr. Sarajevo in B. lecta (I, 48) et in unico fragmento in herbario asservata sec. cl. Th. Wolf hybridam prolem inter *P. Tommasinianam* Schult. et *P. opacam* L. sistere non potest, quia *P. opaca* L. et aut. in peninsula balcana nullibi crescit. Pubescentia foliorum (sub lente) potius ad

P. Gaudini Gremlj accedere videtur, quae autem in Bosnia adhuc non observata est. Si hybridam prolem *P. Tommasiniana* Schult. profecto exhibet, altera species aegre statuenda.

Potentilla reptans L.

Diavato, Petrina in M. (VII, 64); Vodena in M. (XII, 92); m. Peristeri in M. (1893).

Potentilla tormentilla L. (*P. erecta* L.).

Krupa, Sasina, Stratinska, Buletić, Žabljak, Maglaj, Hresa pr. Sarajevo in B. (I, 47, *P. erecta* L.); Glog pr. Sarajevo (det. Th. Wolf), Zaspā [ad var. *dacicam* Borb. spectans] in B. (1887).

Potentilla sciaphila Zim.

Banjaluka in B. (I, 47); Han Begovae in B. (II, 32).

Potentilla alba L.

Pribinić in B. (I, 48).

***Potentilla montenegrina** Pant.

Romanja pl. in B.!

***Potentilla apennina** Ten.

Golemi kamen in Suha pl. S.

Potentilla tenuifolia Borb.

Specimina plantae ad Glog, Krupa, Dubovik turski, Doboj et Maglaj in B. indicatae (I, 48) in herbario reperire mihi non contigit.

Dryas octopetala L.

Sibecki livadi in Suha pl. S. (III, 54).

Sieversia montana Spr. (*Geum montanum* L.).

M. Bratučina pl. in M. (V, 45); Hadžibarica pl. in M. (IX, 108); m. Midžor in S. (XI, 105); m. Midžor in S. (XI, 105, *Geum coccineum* S. S.); Nerečka pl. in M. (XII, 91); m. Kaimakčalan in M. (XIII, 234); m. Peristeri in M.!

Geum coccineum S. S.

M. Peristeri in M. (V, 45); Hadžibarica pl. in M. (IX, 108); m. Kaimakčalan et Peristeri in M. (XII, 91); Bara pl. in M. (XIII, 234).

Loca excludenda:

Balia pl. et Blatec pl. in M. (IX, 108 = *G. urbanum* L.); m. Midžor in S. (XI, 105 = *Sieversia montana* Spr.).

***Geum molle** Vis. & Panč.

Sibecki livadi in Suha pl. S. (III, 54, *G. rivale* × *urbanum*); m. Peristeri in M. (mixtum cum *G. coccineo* S. S.); m. Sakardža in mt. Rh. Bg. (1892, mixtum cum *G. urbano* L.).

Geum rivale × **urbanum** = **G. molle** Vis. & Panč.

Specimina plantae ad Sibecki livadi in Suha pl. S. lectae (III, 54) typicum *G. molle* Vis. & Panč. exhibent. Cum speciminibus in Osogovska pl. Bulgariae, anno 1887 a me lectis optime conveniunt.

Geum macedonicum Form. (**G. nitidostylum** Form.,

VIII, 52) = **G. molle** Vis. & Panč.

In declivitatibus m. Peristeri pr. Džindžopole Macedoniae (V, 45).

In herbario unicum fragmentum defloratum, foliis radicalibus destitutum repperi, quod praesertim pubescentia in *G. molle* Vis. & Panč. bene quadrat. Mirum mihi est, Drem Formánek ex tam incompleto fragmento speciem novam perfecte describere potuisse! In tract. VIII, 52 Formánek ipse speciei haec nomen novum *G. nitidostyli* Form. dedit.

Geum urbanum L.

Buševa česma in M. (VII, 64); Balia et Blatec pl. in M. (IX, 108, *G. coccineum* S. S.); m. Korthiati in M. (XII, 91); Doxa in M. (XIII, 234); Olympus in As. (*G. coccineum* S. S. in sch.); Sakardža in mt. Rh. Bg. (1892); m. Peristeri in M. (1893)!; Zygos in P. (1895)!

Geum rivale L.

Specimina plantae ad Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 106) indicatae in herbario non inveni.

Agrimonia eupatoria L.

Balia pl. et Hadžibarica pl. in M. (IX, 107); Diavato, Černičani, Petrino in M. (1893); m. Korthiati, Hagios Athanasios et Vodena in M.; m. Ostrec in mt. Rh. Bg. (1893).

Locus excludendus:

Pržigrad pl. in M. (XIII, 234 = *A. odorata* Mill.).

*** Agrimonia odorata Mill.**

Pržigrad pl. in M. (XIII, 234, *A. eupatoria* L.); Dihovo in M. (1891)!

Aremonia agrimonioides Neck.

Sarajevo in B., Podvelež pr. Mostar in H. (1887, det. Zimmeter).

*** Alchemilla *) acutiloba Stev. var. indivisa (Form.) Buser.**

In humidis subalpinis m. Hadžibarica pl. M. (IX, 107, *A. orbiculata* Form.).

Alchemilla orbiculata Form. 1895 = **A. acutiloba** Stev.
var. **indivisa** (Form.) Buser.

In humidis subalpinis m. Hadžibarica pl. M. (X, 107, *A. indivisa* Form. in sch.).

Stirps nostra consentiente cl. R. Buser ad *A. acutilobam* Stev. spectat eiusque varietatem *indivisam* (Form.) Buser sistit.

*** Alchemilla arvensis Scop.**

M. Peristeri in M. (mixta cum *Veronica arvensi* L.).

*) Reliquas species huius generis ad cl. R. Buser misi, qui de ipsis nullas adnotationes adhuc mecum communicavit; qua re ipsas non enumero.

Sanguisorba officinalis L.

Specimina plantae ad Leskovnik in S. indicatae (VI, 26) eum *Poterio sanguisorba* L. identica.

*** Poterium villosum S. S.**

Adampol, Anadoli-Hissar in As. (IV, 34, P. dictyocarpum Spach); Skutari in As.!

Poterium garganicum Ten.

Specimina plantae ad Trikala in Th. (X, 76) indicatae in herbario non reperi.

Poterium sanguisorba L. (P. dictyocarpum Spach).

Leskovnik in S. (VI, 26, *Sanguisorba officinalis* L.); Velušina in M. (VII, 44); Blatec pl. in M. (IX, 107); m. Peristeri in M. (IX, 107, *P. sanguisorba* L. var. *alpinum* Form.).

Loca excludenda:

Saloniki, Kerečkői et Han Dervent in M. (III, 54 = *P. Gaillardoti* Boiss.); Adampol et Anadoli-Hissar in As. (IV, 34 = *P. villosum* S. S.).

Poterium sanguisorba L. var. alpinum Form. 1895
= **P. sanguisorba L. typ.**

Planta in m. Peristeri M. lecta (IX, 107) formam nanam a typo ne „bracteis“ (l. c.) quidem rotundatis vel ellipticis, albo-marginatis diversam sistunt.

Poterium muricatum Spach.

Kerečkői in M. (XII, 91); Pržigrad pl. in M. (1895)!

Locus excludendus:

M. Korthiati in M. (XII, 91 = *P. Gaillardoti* Boiss.).

*** Poterium Gaillardoti Boiss.**

Saloniki, Kerečkői et Han Dervent in M. (III, 54, *P. dictyocarpum* Spach, det. Halácsy); m. Korthiati in M. (XII, 91, *P. muricatum* Spach); Bunardžik in Bg. (*P. dictyocarpum* Spach in sch.); Petrino in M. (1893); Vodena in M. (1898, *P. sanguisorba* L. in sch.).

Poterium spinosum L.

Kerečkői dagh pr. Saloniki in M. (III, 54); Kerečkői in M. (III, 10, *Asparagus acutifolius* L.); Constantinopolis in T. e., Skutari, Kadikői in As. (IV, 34).

Pomeae B. H.**Cydonia vulgaris Pers.**

Potamos (det. Halácsy) in K.; Prevesa in E. (VIII, 44); Vodena in M. (XIII, 233, *C. maliformis* Mill.).

Pyrus Malus L.

Specimina huius plantae in herbario non occurrunt.

Pyrus communis L.

In herbario non vidi.

Pyrus cordata Desv.

Specimen unicum (fragmentum fructiferum) ad Malovišta in M. lectum et in tract. V, 35 sub „*Pyrus sp.*“ enumeratum, cum *P. cordata* Desv. identicum esse videtur. A planta persica ad Dschupan dit. Kerman a cl. Bornmüller edita (Iter Persico-Turcicum 1892, nr. 3511, f. culta, sterilis) foliis obsolete crenulato-serrulatis, nec acute serratis tantum differt. Forma foliorum identica, fructus plantae Formánekii in descriptionem (Boissier, Fl. or. II, 653) bene quadrant.

***Pyrus elaeagnifolia Pall.**

Alemda in As. (IV, 34, *P. amygdaliformis* Vill.).

Pyrus amygdaliformis Vill.

Demir-Kapu in M.; Han Kuranēos (det. Halácsy), Han Kulkēus in val. fl. Peneios Th. (III, 44); col. Rujevica ad Alexinac in S. (VI, 26); Petrina in M. (VII, 44); Üsküb et lac. Presba in M. (1891).

Aria vide **Sorbum**.

Sorbus domestica L. (*Pyrus domestica* Sm.).

Goražda in B. (II, 28); Vodena in M. (XIII, 233, leg. Kindl);
Ostrovo in M. (1898)!

Sorbus aucuparia L.

Sakardža in mt. Rh. Bg. (VI, 26); Momena čuka pl. in M.
(1898; hucce probabiliter *S. domestica* L. in tract. XII, 90 indi-
cata pertinet); Doxa in M. (XIII, 229, *Rhus coriaria* L.).

Sorbus Aria L. β) **cretica** (Lindl.) Halácsy.

(*S. graeca* Lodd. β) *rotundifolia* C. Koch).

Suho polje pl. in M. (VII, 44, *Pyrus Aria* Ehrh.); Strmno
pl., Baba pl. in M. (XIII, 233, *Aria nivea* Host).

Sorbus Aria L. ζ) **umbellata** (Desf.) Halácsy.

(*S. Aria* L. var. *graeca* Boiss.).

M. Pirgo in mt. Ot. Th. (X, 69, *Aria nivea* Host var.
graeca Boiss.).

Sorbus Mougeoti Soy. Will. et Godr.

(*S. Aria* Cr. non L.).

Mirčevica pl. in M. (IX, 98, *Aria nivea* Host); Flora pl. in
M. (XII, 90, *Aria nivea* Host); m. Rtanj in S.

Specimina nostra cum styriacis bene conveniunt (Kerner, Fl.
ex. austr.-hung. nr. 2445).

Sorbus torminalis Cr.

Ravno Buče pr. Gorna Studena in S. (III, 44); Balia pl. in
M. (IX, 98, *Aria torminalis* Beck).

Mespilus germanica L.

Chiehli pr. Constantinopolin et Bøjük-Dere in T. e.; Anadoli-
Kavak, Adampol et Ismid in As. (IV, 34).

Crataegus orientalis Pall. (*C. flabellata* Heldr.).

Spilia in mt. Ossa (det. Halácsy) et Velitsena in P. (III, 44);
Malovišta in M. (V, 35); Gorno Divjak in M. (VII, 44); Lakotam-

bouria in O. th.; Pržigrad pl. et Momena čuka pl. in M. (IX, 97);
Laina, Diavato, Petrina pl. et Galičica pl. in M. (XII, 90); Zaslje
et Luben pl. in M. (XIII, 233); monastir Smilevo in M. (1891).

Crataegus Heldreichii Boiss.

Specimina huius stirpis in herbario non occurrunt.

Crataegus oxyacantha L.

Specimina ad Demir-Kapu in M. lecta (III, 44) ad *C. monogynam* Jacq. pertinent.

Crataegus monogyna Jacq.

Demir-Kapu in M. (III, 44, *C. oxyacantha* L. in sch.); Beleš
pl. et Vodena (in var. *hirsutiore* Boiss. Fl. or. II, 664) in M. (XIII,
232); Ephemiades in E. (1894, *C. oxyacantha* L. in sch.).

Cotoneaster pyracantha Spach.

Olympus, Beikos in As. (IV, 34); Balia pl. in M. (XII, 90,
det. Halácsy).

Cotoneaster tomentosa Lindl.

Specimina plantae ad Vlaholje in B. (II, 28) indicatae in
herbario non reperi.

Cotoneaster vulgaris Lindl. (*C. integerrima* Medic.).

Petrina pl. in M. (VII, 44); Kanali in K. (VIII, 44); Kneževo
in Bg. (XI, 103); Ošlan in M. (XII, 90); Luben pl. in M. (XIII,
232); Golemi kamen et Smrdan in Suha pl. S. (1889)!; Trebević
in B. (*C. tomentosa* Lindl. in sch.).

Granateae Don.

Punica granatum L.

Mostar et Blagaj in H. (I, 43); Gasturi in K. (VIII, 44, det.
Halácsy); Drepani in O. th. (IX, 109, *Amygdalus communis* L.);
Trikala in Th. (IX, 93, *Zizyphus vulgaris* Lam.).

Myrtaceae Br.**Myrtus communis L.**

Ins. Laceroma in D. (I, 43); Set. Giov. di Medua. Pale. Durazzo, Set. Joannes, Potamos, Evropuli et Afra in K.; col. Skafilaky pr. Prevesa, Agiotoma, Mytikas in E. (VIII, 44); Ragusa in D. (1888)!

Cucurbitaceae Juss.**Cucurbita pepo L.**

In herbario specimina non obvia.

Citrullus vulgaris Schrad.

Saloniki in M. (III, 13).

Locus excludendus:

Gradsko in M. (V, 10 = Momordica elaterium L.).

Momordica elaterium L. (Ebalium elaterium Rich.).

Saloniki in M. (III, 13); Gradsko in M. (Citrullus vulgaris Schrad.); Metković in H.!; Sebenico in D.!

Bryonia dioica Jacq.

Durazzo in A.; Mičikeli in E. (VIII, 24); Trikala in Th.!

Loca excludenda:

Hadžibarica pl., Pržigrad pl. in M. (IX, 36 = B. alba L.); Gorničova pl. in M. (XII, 31 = B. alba L.).

Bryonia alba L.

Kazania in M. (V, 10); Hadžibarica pl., Pržigrad pl. in M. (IX, 36, B. dioica Jacq.); Gorničova pl. in M. (XII, 31, B. dioica Jacq.); Parnevo in Bg.

Datisceae J. S. Pr.**Datisca cannabina L.**

Ismid in As. (IV, 32, det. Halácsy).

Onagrarieae Juss.

Chamaenerium angustifolium Scop.

(Epilobium angustifolium L.).

Flora et Hadžibarica pl. in M. (IX, 94); m. Mlekovica et val. Elidere in mt. Rh. Bg. (XI, 98); Vladova in M. (XIII, 230).

Chamaenerium palustre Scop.

(Epilobium Dodonaei Vill.).

Crni vrh pr. Foča in B., Podvelež pr. Mostar in H. (II, 27); val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 42); Christofor pr. Bitolia in M. (XIII, 230); Tergestum; Balia pl. in M.!

Epilobium hirsutum L.

Lipnik in B. (I, 41); Vedropolje in B. (II, 27); Kerečkői in M. (det. Halácsy); Malakasi in P. (III, 41); Üsküb in M. (V, 33); Momena čuka pl. in M. (IX, 94); m. Ostrec in Bg. (XI, 99, det. Halácsy); Ochrida in M. (XII, 87); Hreša pr. Sarajevo in B.!!; Kostenecka Banja in Bg. (1892).

Loca excludenda:

Brussa in As. (IV, 32 = E. parviflorum Schreb. et E. tetragonum L.); Malovišta in M. (V, 33 = E. parviflorum Schreb.); Bukovo in M. (VII, 42 = E. parviflorum Schreb.); Pržigrad pl. in M. (IX, 94 = E. parviflorum Schreb.); m. Korthiati et Ošlan in M. (XII, 87 = E. parviflorum Schreb.); Karaferia in M. (XIII, 230 = E. parviflorum Schreb.).

Epilobium hirsutum L. var. **tomentosum** Boiss.

(E. tomentosum Vent.).

Velestinos in Th. (III, 41, pro typico det. Halácsy); Ulanea in M. (V, 33, pro typico); Han Kamberga in val. fl. Dipotamos E. (VIII, 42, pro typico); Sadovica pr. Janina in A. (VIII, 42, var. villosum Hausskn.); Govrica in E. (1894, pro typico in sch.).

Epilobium parviflorum Schreb.

Konjica in H. (I, 41); Jajce, Kovačići pr. Sarajevo in B. (II, 27); Spilia in mt. Ossa Th. (III, 41, det. Halácsy); Velestinos in Th. (III, 41, E. montanum L., det. Halácsy); Brussa in As. (IV,

32, *E. hirsutum* L. p. p.); Bukovo in M. (VII, 42, *E. hirsutum* L.); Pržigrad pl. in M. (IX, 94, *E. hirsutum* L.); Momena čuka pl. in M. (IX, 94, mixtum cum *E. hirsuto* L.); Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 99, det. Halácsy); m. Korthiati et Ošlan in M. (XII, 87, *E. hirsutum* L.); Karaferia in M. (XIII, 230, *E. hirsutum* L.); Vrbanja, Hreša, Debelo brdo et Glog pr. Sarajevo in B.!; Bøjük-Dere in T. e. (*E. hirsutum* L. in sch.); Kažani in M. (*E. hirsutum* L. in sch.); Malakasi in P. (mixtum cum *E. hirsuto* L.); Studena in S.!

***Epilobium tetragonum* L. (*E. adnatum* Grsb.).**

Sisek in Croatia (I, 41); Demir-Kapu in M. (III, 41); Brussa in As. (IV, 32, *E. hirsutum* L. p. p.); Vodena et Vladova in M. (XIII, 230); Sasina in B.!; Kadiköi, Alemda et Ismid in As. (1890)!; Bunardžik in Bg.!

***Epilobium Lamyi* Schulz.**

M. Mlekovica in mt. Rh. Bg. (XI, 99, *E. roseum* Schreb.); Golešnica pl. in M. (XIII, 230); Karasu pr. Bitolia in M. (1891, *E. adnatum* Grsb. in sch.); Smolevo in M. (1891).

***Epilobium obscurum* Schreb.**

M. Peristeri in M. (V, 33, *E. organifolium* Lamk.); val. Stara reka in mt. Rh. Bg. (XI, 99, det. Halácsy).

****Epilobium gemmascens* CAMEY.**

Dokimi in P. (IX, 94, *E. lanceolatum* Seb. & Maur., det. Halácsy).

***Epilobium roseum* Schreb.**

Stratinska in B. (I, 41, *E. montanum* L.); Karlovo in Bg. (IV, 32, *E. parviflorum* Schreb.); Plačevica in S.!; Ostrec in Bg. (1893)!; Karasu pr. Bitolia in M. (1893) (in forma var. *angustifoliae* Uechtr. *) proxima).

Loca excludenda:

Balia pl. in M. (IX, 94 = *E. lanceolatum* Seb. & Maur.; m. Mlekovica in mt. Rh. Bg. (XI, 99 = *E. Lamyi* Schulz).

*) Jahresb. d. bot. Sect. d. schles. vat. Gesellschaft, 1874.

Epilobium trigonum Schrank.

Glog pr. Sarajevo in B. (det. Borbás); Specimina plantae ad Vučica luka in B. (I, 41) indicatae in herbario desunt.

Epilobium lanceolatum Seb. & Maur.

Spilia in mt. Ossa Th. (III, 41, det. Halácsy); Balia pl. in M. (X, 94, E. roseum Schreb.); Alabak in mt. Rh. Bg. (XI, 99, E. montanum L.); Strmno in M. (XIII, 230, mixtum cum E. montano L.); Studena in S. !; Bőjök-Dere in T. e., Olympus et Adam-pol in As. (1890) !; Ostrec in M. (1893) !; Hadžibarica pl. in M. (1898) !

Locus excludendus :

Dokimi in P. (IX, 94 = E. gemmascens CAMEy.).

Epilobium montanum L.

Pribinić in B. (I, 41, E. collinum Gmel.); monastir Sv. Kral in Lulin pl., val. fl. Jadenica in mt. Rh. Bg. (XI, 99); Flora pl. in M. (XII, 87); Strmno pl. in M. (XIII, 230, mixtum cum E. lanceolato Seb. & Maur.); Vranjska in B. !

Loca excludenda :

Stratinska in B. (I, 41 = E. roseum Schreb.); Velestinos in Th. (III, 41 = E. parviflorum Schreb.); Alabak in mt. Rh. Bg. (XI, 99 = E. lanceolatum Seb. & Maur.).

Epilobium collinum Gmel.

Lažovica in Belovska pl. mt. Rh. Bg. (XI, 99); m. Peristeri in M. (XII, 87); Kaimakčalan pl. in M. !

Locus excludendus :

Pribinić in B. (I, 41 = E. montanum L.).

Epilobium organifolium Lamk. (E. alsinefolium Vill.).

Olympus in As. (1890, E. nutans Tsch. in sch.); Bratučina pl. in M. (1891) !

Locus excludendus :

M. Peristeri in M. (V, 33 = E. obscurum Schreb.).

Epilobium palustre L.

Bela Voda loco „Močuri“ dicto in mt. Rh. Bg. (XI, 99); Givnica pl. in M. (1898)!

Oenothera biennis L.

Specimina plantae in val. Elidere mt. Rh. Bg. indicatae (XI, 99) in herbario non reperi.

Circaea lutetiana L.

Krupa, Borja pl., Pribinić in B.; Vrabac pr. Konjica in H. (I, 41); Flora pl. in M. (IX, 94); Ošlan in M. (XII, 87); Goražda, Dobrnja, Vranjska, Rujevica (*C. intermedia* Ehrh. in sch.), Ripac et Dragoraj in B.

Trapa natans L.

Sela pr. Sisek in Croatia (I, 41); lac. Presba in M. (V, 33).

Halorageae Br.**Myriophyllum spicatum L.**

Vrbanja in B. (I, 41); Una pr. Novi in B. (II, 27, *M. verticillatum* L.); Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 99); Velestinos in Th. (1889)!

Myriophyllum verticillatum L.

Specimina in fl. Una pr. Novi in B. lecta (II, 27) ad *M. spicatum* L. pertinent.

Myriophyllum verticillatum L. var. pinnatum Walhr.

(*M. verticillatum* L. var. *intermedium* Koch).

Lac. Nezeros in O. th. (IX, 94, *M. intermedium* Koch).

Ceratophylleae Gray.**Ceratophyllum submersum L.**

Larissa in Th. (IX, 94).

***Ceratophyllum demersum L.**

Trikala in Th. (*C. submersum* L. in sch.).

Lythrarieae Juss.**Lythrum salicaria L.**

Teslić in B. (I, 41); Sisek in Croatia (II, 26).

* **Lythrum salicaria L. var. tomentosum Mill.**

(*L. cinereum* Grsb.).

Momena čuka pl. in M. (IX, 93, pro typico); Balia pl. in M. (1895, pro typico det. Halácsy); Korona in mt. Ag. Th. (1896)!

Lythrum virgatum L.

Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 98); Langaza in M. (XII, 87).

* **Lythrum acutangulum Lag.** (*L. flexuosum* Lag.,

L. Graefferi Ten.).

Böjök-Dere in T. e. (IV, 32, *L. hyssopifolia* L., det. Halácsy); Sct. Joannes, Evropuli, Afra et Kanali in K. (VIII, 42, *L. hyssopifolia* L.); Kinidaru in ins. Naxos (1897, leg. Leonis, det. Halácsy).

Lythrum hyssopifolia L.

Philippopolis in Bg. (IV, 32, det. Halácsy); Ichtiman in Bg. (VI, 24); Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 98).

Loca excludenda:

Böjök-Dere in T. e. (IV, 32 = *L. acutangulum* Lag.); Sct. Joannes, Evropuli, Afra et Kanali in K. (VIII, 42 = *E. acutangulum* Lag.).

Peplis portula L.

Lac. Presba in M. (V, 33, det. Halácsy); lac. Jajna pr. Leskovac in S. (IX, 93, det. Halácsy).

Tamariscineae Desv.**Myricaria germanica Desv.**

Specimina plantae ad Rosomani in M. lectae (VII, 41) ad *Tamaricem Pallasii* Desv. spectant.

Tamarix Pallasii Desv.

Demir-Kapu et Saloniki in M., Larissa, Han Kurančos in val. fl. Peneios Th. (III, 35); Rosomani in M. (VII, 41, *Myricaria germanica* Desv.); Han Kastania, Han Tripa in val. fl. Peneios et Larissa in Th. (IX, 94); Gewgeli in M. (XII, 87); Karasu pr. Vietrena in M. (XIII, 230); Pale in A. (1894, *T. gallica* L. in sch.); m. Skom pr. Durazzo in A. (*Myricaria germanica* Desv. in sch.); Prosgoli in E. (1894).

Loca excludenda:

Vodena in M. (XII, 87 = *T. parviflora* DC.); Demir-Kapu in M. (XIII, 230 = *Juniperus excelsa* MB.).

***Tamarix parviflora** DC.

Vodena in M. (XII, 87, *T. Pallasii* Desv., leg. Kindl).

Unicum fragmentum floriferum hucce spectare videtur.

Portulacaceae (DC.).**Portulaca oleracea** L.

Podvelež pr. Mostar in H. (II, 24); Üsküb, Demir-Kapu, Saloniki, Dervent alten de kükü in M.; Makrychori in val. fl. Peneios et Malakasi in P. (III, 36); col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e., ins. Prinkipo in As. (IV, 28); Gradsko, lac. Presba in M. (V, 29); Kovanluk in Bg. (VI, 22); Mojna in M. (VII, 37); Velestinos in Th. (IX, 83); inter Neraida et Stylida in Th. (X, 59); Krupa, Gorni Šeher in B.!; Metković in H.!; Trikala in Th.

Montia minor Gmel.

M. Peristeri in M. (V, 32, det. Halácsy); Nerečka pl. in M. (XII, 76); Vranja in S.; Dihovo in M. (1891)!; Postran pl. in M. (1898)!

Glinus lotoides L.

Trikala in Th. (IX, 83, det. Halácsy); col. Kazana pr. Durazzo in A. (1894)!

***Pharnaceum Cerviana** L.

Chalki in ins. Naxos (1897, leg. Leonis, det. Halácsy).

Paronychieae St. Hil.*** Polycarpon tetraphyllum L.**

Stratia in K. (VIII, 40, *P. alsinefolium* DC.).

Polycarpon alsinefolium DC.

Kerečkői in M. (III, 35, det. Halácsy); Ismid in As. (IV, 28);
Beleš pl. in M. (XIII, 222, det. Halácsy).

Locus excludendus:

Stratia in K. (VIII, 40 = *P. tetraphyllum* L.).

*** Paronychia argentea Lam.**

Ins. Naxos (leg. Leonis).

Planta in ins. Naxos ab amiciss. cl. Ot. Reiser anno 1894
lecta, pro *P. capitata* (L.) Kern. determinata hucce adnumeranda.

Paronychia cephalotes Stev.

Pirot in S. (XI, 88).

Paronychia capitata Lam.

Specimina in herbario ita determinata hucce non pertinent,
qua re excludenda:

Üsküb et Demir-Kapu in M. (III, 35 = *P. Kapela* Kern.);
Pletvar in M. (V, 29 = *P. Kapela* Kern.); Bratučina pl., Galičica
pl. in M. (XII, 76 = *P. chionaea* Boiss.); m. Kaimakčalan in M.
(XIII, 222 = *P. Kapela* Kern.); m. Doxa, Baba pl., Suho polje
pl. et Luben pl. in M. (XIII, 222 = *P. chionaea* Boiss.).

Paronychia Kapela Kern. (*P. imbricata* Rehb.).

Vežac pr. Kalinovik in B.; Orlovac pr. Mostar in H. (II, 24);
Üsküb et Demir-Kapu in M. (III, 35, *P. capitata* Lam.); Pletvar
in M. (V, 29, *P. capitata* Lam.); m. Kaimakčalan in M. (XIII, 222,
P. capitata Koch).

*** Paronychia chionaea Boiss.**

Galičica pl. et Bratučina pl. in M. (XII, 76, *P. capitata* Koch);
m. Doxa, Baba pl., Suho polje pl. et Luben pl. in M. (XIII, 222,
P. capitata Koch).

Herniaria incana Lam.

Sarajevo in B.: Mostar in H. (I, 37); col. Bučnik pr. Vlaholje in B.: Blagaj in H. (II, 24); Han Dervent. Dervent-Balkan in M. (III, 36); Karlovo in Bg. (IV, 28); Smolevo in M. (V, 30); Pletvar, Gorno Divjak (mixta cum *H. glabra* L.), Mojna, Černičani, Maglenci. Ostree, Petrina et Bukovo in M. (VII, 37); Govrica, val. fl. Dipotamos, m. Prosgoli in E. (VIII, 40); Balia pl., Hadžibarica pl. (mixta cum *H. cinerea* DC.), Pržigrad, Bara, Blatec pl. in M. (IX, 83); Lažane in mt. Rh. Bg. (XI, 88, *H. hirsuta* L.); Momena čuka, m. Korthiati (mixta cum *H. cinerea* DC.), Langaza, Gorničova pl., Eksisu, Borula pl., Abdi Pascha Han, Bratučina pl., Petrina pl. in M. (XII, 77); Hadžibarica pl. in M. (XII, 77, *H. hirsuta* L. p. p.); Selca pl., Balia pl. et Vodena in M. (XII, 77, *H. hirsuta* L.); Beleš, Hagios Athanasios, Karaferia, m. Xerolivadon, m. Karaman pr. Vodena, Luben pl., Skočivir in M. (XIII, 223); Strupina, Golemo Crsko in M. (XIII, 223, *H. hirsuta* L.); Saloniki in M.

Loca excludenda:

Plužine, val. Zalomska in H. (II, 24 = *H. glabra* L.); Kalabaka et Koryza pr. Volo in Th. (III, 36 = *H. cinerea* DC.); Bukovo in M. (V, 30 = *H. cinerea* DC.); Kara Bair ad Ichtiman in Bg. (VI, 22 = *H. glabra* L.); Petrina in M. (VII, 37 = *H. glabra* L.); Demir-Kapu in M. (IX, 83 = *H. cinerea* DC.); Jerakari, st. Phlambures et m. Mitrica in mt. Ch. Th. (X, 59 = *H. glabra* L.); m. Treskavec in M. (XII, 77 = *H. cinerea* DC.).

Herniaria parnassica Heldr. & Sart.

M. Peristeri in M. (V, 30).

Herniaria hirsuta L.

Plantam typicam in herbario non inveni.

Loca excludenda:

Lažene in mt. Rh. Bg. (XI, 88 = *H. incana* Lam.); Kapudži in M. (XII, 77 = *H. cinerea* DC.); Hadžibarica pl. in M. (XII, 77 = *H. incana* Lam. et *H. cinerea* DC.); Balia pl., Vodena, Selca pl. in M. (XII, 77 = *H. incana* Lam.); Strupina et Golemo Crsko in M. (XIII, 223 = *H. incana* Lam.); Radnja, Beleš pl., m. Livadi in M. (XIII, 223 = *H. cinerea* DC.).

Herniaria cinerea DC.

Kalabaka et Koryza pr. Volo in Th. (III, 36, *H. incana* Lam.); Bukovo in M. (V, 30, *H. incana* Lam.); Demir-Kapu in M. (IX, 83, *H. incana* Lam.); Hadžibarica pl. in M. (IX, 83, *H. incana* Lam. p. p.); m. Korthiati in M. (XII, 77, *H. incana* Lam. p. p.); Kapudži in M. (XII, 77, *H. hirsuta* L.); Treskavec in M. (XII, 77, *H. incana* Lam.); Hadžibarica pl. in M. (XII, 77, *H. hirsuta* L. p. p.); Radnja, Beleš pl., m. Livadi in M. (XIII, 223, *H. hirsuta* L.); Kaimakčalan in M.!

Specimina hic enumerata sec. Dr. Halácsy (Conspectus Fl. gr. I, 572) hucce spectant; differentiae ab *H. hirsuta* L. non graves.

Herniaria glabra L.

Plužine, val. Zalomska in H. (II, 24, *H. incana* Lam.); Kara Bair ad Ichtiman in Bg. (VI, 22, *H. incana* Lam.); Petrino in M. (VII, 37, *H. incana* Lam.); Gorno Divjak in M. (VII, 37, *H. incana* Lam. p. p.); Jerakari, st. Phlambures et m. Mitrica in mt. Ch. Th. (X, 59, *H. incana* Lam.); Čeganska pl. in M. (XII, 77); Golešnica pl., m. Kaimakčalan, Strmno pl. et Makova in M. (XIII, 223).

Scleranthae Lk.**Scleranthus perennis** L.

Chaliki in P. (III, 36, *S. annuus* L., forma); col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e. (IV, 28); Brusnik in M. (V, 29, ♂ confertiflorus Boiss.); Kneževo, col. Visoko Tepe, Jailadžik, Kara Bair ad Ichtiman, Kovanluk et m. Sakardža in Bg. (VI, 22); Vitoša pl. in Bg. (VI, 22, *S. marginatus* Guss.); Gorno Birino, Lopatnica, Mojna, Gobeš in M. (VII, 37); Plasnica pl. in M. (VII, 37, ♂ confertiflorus Boiss.); Černičani et Maglenci in M. (VII, 37, *S. collinus* Hornung.); st. Phlambures in mt. Ch. Th. (X, 59); Kneževo, Gorna Banja, Lulin pl. in M. (XI, 88); m. Alabak, Mlekovica et Kamenicki Alček in mt. Rh. Bg. (XI, 88, *S. marginatus* Guss.); Ošlan, Vič vrh, Prilep in M. (XII, 77); Borula pl. in M. (XII, 77, *S. marginatus* Guss.); Selca pl. in M. (XII, 77, *S. collinus* Hornung.); m. Kaimakčalan, Makova, Iven in M. (XIII, 222); Golešnica pl. in M. (XIII, 223, *S. marginatus* Guss.); Žepče in B. (*S. collinus* Hornung. in sch.); Studena in S.

(1889)!: Dokimi in P. (1889)!: Smolevo in M. (1891); m. Ostree et Jundol pl. in mt. Rh. Bg.; Treskavec in M.

Loca excludenda:

Olympus in As. (IV, 28, ♀) confertiflorus Boiss. = *S. marginatus* (Guss.): m. Karataš in M. (XII, 77 = *S. marginatus* Guss.).

***Scleranthus perennis* L. var. *densus* Form. 1898 =
S. marginatus Guss.**

Specimen unicum ad Petrina pl. in M. lectum (XII, 77) formam dense pulvinarem *S. marginati* Guss. exhibet, ut e foliis crassiusculis, falcatis manifestum. Talem formam a cl. Baldacci in m. Kom kucki lectam in herbario Dr. Velenovský comparo.

***Scleranthus marginatus* Guss.**

Olympus in As. (IV, 28, *S. perennis* L. ♀) confertiflorus Boiss., det. Freyn); Blatec pl. in M. (IX, 83); m. Linuri ap. Neveska, Nerečka pl., m. Peristeri in M. (XII, 77); Petrina pl. in M. (XII, 77, *S. perennis* L. var. *densus* Form.); m. Karataš in M. (XII, 77, *S. perennis* L.); m. Karataš in M. (XII, 77, *S. annuus* L.); Nidje pl. in M. (XIII, 223); m. Midžor in S.!

Loca excludenda:

Vitoša pl. supra Vladaja in Bg. (VI, 22 = *S. perennis* L.); m. Alabak, Mlekovica et Kamenicki Alček in mt. Rh. Bg. (XI, 88 = *S. perennis* L.); Borula pl. in M. (XII, 77 = *S. perennis* L.); Golešnica pl. in M. (XIII, 223 = *S. perennis* L.).

****Scleranthus uncinatus* Schur.**

Vlaholje pr. Kalinovik in B.!

***Scleranthus annuus* L.**

Vareš in B. (I, 11); Balia pl. in M. (IX, 83, *S. verticillatus* Tsch.); m. Mlekovica in mt. Rh. Bg. (XI, 88, *S. verticillatus* Tsch.); Zaspá, Ratkovo in B.!: Knežovo in Bg.!

Loca excludenda:

Chaliki in P. (III, 36 = *S. perennis* L.); m. Karataš in M. (XII, 77 = *S. marginatus* Guss.).

* **Scleranthus glaucovirens** Halácsy.M. Pelion in Th. (IX, 83, *S. verticillatus* Tsch.).**Scleranthus verticillatus** Tsch.

M. Peristeri in M. (V, 29).

Loca excludenda:

Balía pl. in M. (IX, 83 = *S. annuus* L.); m. Pelion in Th. (IX, 83 = *S. glaucovirens* Halácsy).**Scleranthus collinus** Hornung.Specimina ita designata excludenda: Černičani et Maglenci in M. (VII, 37 = *S. perennis* L.); Selca pl. in M. (XII, 77 = *S. perennis* L.).**Crassulaceae DC.****Cotyledon** vide **Umbilicum**.**Umbilicus erectus** DC. (*Cotyledon umbilicus* L.).

Brussa in As. (IV, 34, det. Freyn); Flora pl. in M. (IX, 97, det. Halácsy).

Locus excludendus:

Mula pr. Cattaro in D. (I, 43 = *U. pendulinus* DC.).**Umbilicus parviflorus** DC. (*Cotyledon parviflorus* Sibth.).

Specimina plantae ad Cattaro et Dobrota in D. indicatae (I, 43) in herbario non obvia.

Umbilicus pendulinus DC.Mula pr. Cattaro in D. (I, 43, *Cotyledon umbilicus* Huds.); Derwent-Balkan in M. (III, 44); Han Derwent in M. (XII, 89); Beleš pl. in M. (XIII, 232).**Sempervivum Reginae Amaliae** Heldr. et Sart.M. Peristeri in M. (XII, 90, *S. patens* Grsb.). Folia rosularum, ut iam el. Velenovský (Fl. bulg., pag. 189) de plantis bulgaris mentionem fecit, utraque pagina plerumque glabra occurrunt.

Sempervivum assimile Schott.

Specimina plantae ad Mandra Hodža et Chaliki in P. indicatae (IX, 97) in herbario non reperi.

Sempervivum patens Grsb.

Pusta reka pl., Luben pl., Suho polje pl. in M. (VII, 44); Momena čuka pl. in M. (IX, 97); m. Karataš et Momena čuka pl. in M. (XII, 89); m. Kaimakčalan et Baba pl. in M. (XIII, 232).

Locus excludendus:

M. Peristeri in M. (XII, 90 = S. Reginae Amaliae Heldr. & Sart.).

Sempervivum hirtum L.

Specimina incompleta plantae e Dumoš pl. in H. (II, 28) ad *S. patens* Grsb. var. *glabrum* Beck. & Szysz. referenda, quod etiam e Romanja pl. in B. (*S. hirtum* L. in sch.) in herbario a me repertum est.

Sedum maximum Sut. (*S. telephium* L.).

Banja in S. (III, 44); Kara Bair ad Ichtiman in Bg. (VI, 26); Balia pl. in M. (IX, 97); Dobrota in D.!; Borja pl. in B.

Sedum altissimum Poir.

Specimina in ins. Prinkipo lecta et a Dre Halácsy determinata (IV, 33) valde incompleta et fragmentosa sunt, qua re ipsa non determino.

Sedum anopetalum DC.

Trebević pr. Sarajevo in B. (I, 43); Luben et Suho polje pl. in M. (VII, 44. *S. reflexum* L.); Vodena in M. (XIII, 232, det. Halácsy); Vareš, Doboj, Glog et Miljacka pr. Sarajevo in B.!: Konjica, Velež pl. pr. Mostar in H.!: Ravno Buče. Grob. Golemi kamen in Suha pl. S.!: Strmno et Kaimakčalan pl. in M. (*S. altissimum* Poir. in sch.).

Sedum reflexum L.

Mirčevica pl. in M. (IX, 97).

Loca excludenda:

Luben et Suho polje pl. in M. (VII, 44 = *S. anopetalum* DC.).

Sedum boloniense Ehrh.

Trebević pr. Sarajevo in B. (I, 43, det. Freyn); Jajce in B.!

Sedum laconicum Boiss. et Heldr.

M. Othrys in Th. (det. Halácsy).

Loca excludenda:

Kruška kula et Diavato in M. (VII, 42, E. amethystinum L.); m. Pelion, Tafilvris et Godaman in O. th. (IX, 94, E. amethystinum L. var. tenuifolium Boiss. et Heldr.); Ošlan et m. Karataš in M. (XII, 87, E. amethystinum L. var. tenuifolium Boiss. & Heldr.).

Eryngium campestre L.

Žabljak et Hreša pr. Sarajevo in B.; Domanović in H. (I, 41); m. Korthiati in M. (XII, 87); Smolevo in M. (1891); Mojna et Velušina in M. (1893).

* **Eryngium maritimum** L.

Pale et Durazzo in A. (1894, det. Formánek).

Eryngium palmatum Panč.

Sičevo in S. (III, 41, leg. Ilić); m. Leskovnik in S. (VI, 25); Suho polje pl. in M. (VII, 42); Baba pl. in M. (XIII, 230); Dumoš pl. in H.!

Eryngium creticum Lamk.

Indicatur e locis innumeris. in herbario non obvium. Hucce specimen ap. Laina in M. lectum et pro *E. amethystino* L. designatum (XII. 87) pertinet.

Eryngium bithynicum Boiss.

Specimina e locis indicatis (in As.) in herbario non repperi.

Astrantia maior L.

Stirpem typicam in herbario non vidi.

Astrantia maior L. var. **elatior** (Friv.) Murb.

Trebević et Vučica luka pr. Sarajevo in B. (I, 42, pro typica); Popovi livadi in m. Midžor S. (XI, 100, pro typica); Vitoša pl. in Bg. (pro typica in sch.).

Sanicula europaea L.

Olympus in As. (IV, 32); Luben pl. in M. (VII, 42); Balia pl., Flora pl. in M. (IX, 94); Flora pl. et m. Korthiati in M. (XII, 87).

Lagoecia cuminoides L.

Saloniki in M. (III, 41, det. Halácsy); Paradisi pr. Volo in Th. (1889)!

Araliaceae Juss.**Hedera helix** L.

Durazzo, Kavaja in A. (VIII, 42); Flora pl. in M. (XII, 89).

Corneae DC.**Cornus sanguinea** L.

Safere in A. (VIII, 42, det. Halácsy); Vodena in M. (XII, 89, leg. Kindl et Formánek); Ljubinja in H.!

Cornus mas L.

M. Korthiati in M. (XII, 89, det. Halácsy); Bročnik pr. Ljubinja in H.!

Loranthaceae Don.**Loranthus europaeus L.**

Olympus in As. (IV, 11, det. Halácsy); Balia pl. in M. (IX, 36); Sermenikon in mt. Ag. Th. (X, 28).

Viscum album L.

Vidin do pr. Visoko in B. (II, 9); Olympus in As. (IV, 11); Klinovo in P.

Arceuthobium Oxycedri DC.

M. Xerolivadon in M. (XIII, 189).

**II. Sympetalae.****Caprifoliaceae Rich.****Viburnum Opulus L.**

Vodena in M. (XIII, 204).

Viburnum Lantana L.

Krupa in B. (I, 22); Doxa pl. in M. (XIII, 204, forma *discolor* Form.).

Planta macedonica a bohemica nulla nota discrepat.

Sambucus racemosa L.

Specimina e locis enumeratis (II, 16) in herbario non occurrunt.

Sambucus nigra L.

Flora pl. in M. (IX, 93, *Rhus cotinus* L.); Beleš pl. et Vodena in M. (XIII, 204).

Sambucus Ebulus L.

Specimina plantae ex innumeris locis indicatae in herbario non obvia.

Adoxa Moschatellina L.

Plantam ad Visoko in B. (II, 16) indicatam in herbario non inveni.

Lonicera caprifolium L.

Planta vera in herbario deest.

Loca excludenda:

Ins. Prinkipo, Anadoli-Hissar et Ismid dagh in As. (IV, 19 = L. etrusca Savi); m. Prosgoli in E. (VIII, 31 = L. etrusca Savi).

Lonicera etrusca Savi.

Portaria pr. Volo in Th. (III, 23); Kadiköi et Ismid dagh (det. Freyn) in As. (IV, 19); ins. Prinkipo, Anadoli-Hissar et Ismid dagh in As. (IV, 19, L. caprifolium L.); monastir Hagia Paraskevi in E. (VIII, 31, ? det. Halácsy); Prosgoli in E. (VIII, 31, L. caprifolium L.); Tafilvrís in O. th. (IX, 59, det. Halácsy); Laina et Vodena in M. (XII, 51, det. Halácsy); Kerečköi pr. Saloniki in M. (1889)!; Kapurna in Th. (1889); m. Korthiati in M.

Specimina nostra folia subtus glabra corollasque glabras habent. ut in var. Roeseri Heldr. describuntur.

Locus excludendus:

M. Pentelicon Atticae (XIV, 78 = L. implexa Ait.).

Lonicera implexa Ait.

Gasturi in K. (VIII, 31); m. Pentelicon Atticae (XIV, 78, L. etrusca Savi, leg. Leonis).

Lonicera Xylosteum L.

Val. fl. Jadenica in mt. Rh. Bg. (XI, 65); Glog pr. Sarajevo in B.!

Lonicera Formánekiana Halácsy in litt. *) =

L. alpigena L. var. **glandulifera** Freyn.

Mirčevica pl. in M. (IX, 59, nomen solum).

Specimina originalia ad Mirčevica pl. in M. lecta et a Dre Halácsy pro specie nova declarata, etiam ea in Galičica pl. M. observata (XII, 51) cum speciminibus a me ipso in Hercegovina (in saxosis Miči motika dictis prope castellum Visoka glavica, ca.

*) Descriptio in Verhandl. der zool.-botan. Gesellschaft in Wien, 1896, pag. 473—474.

1300 m s. m.) anno 1891 eum typica *L. alpigena* L. lectis et pro *L. alpigena* L. var. *glandulifera* Freyn *) designatis optime conveniunt. Specimina Freynii originalia ad Vlasie (Pečine) et Vilenica pl. in Bosnia a clarissimo dom. E. Brandis collecta „folia pagina inferiore eum petiolis glandulis stipitatis sparse obsita habent.“ **) Secundum Drem Halácsy differentia gravissima a *L. alpigena* L. in baccis distinctis, nec concretis apparetur.

Col. Rohlena ***) montes montenegrinas ad fines Hercegovinae peragrans plantam nostram in multis locis observavit eique statuere contigit, baccas ipsius saepe ad dimidium (ut in plantis bosniacis) vel perfecte connatas provenire. Qua re stirps haec a *L. alpigena* L. specificè vix separanda et potius pro varietate (vel subspecie) eius *glandulifera* Freyn designanda.

Specimina e Mirčevica pl. in M. allata habent folia pagina inferiore praesertim ad nervos glandulis conspersos parce et longe hirtula, petiolos pedunculosque conspicue glanduliferos, nec, ut apud Halácsy (Consp. Fl. gr. I, 701) legimus, „folia etiam subtus fere glabra, pedunculos glabros.“ Quam ob rem var. *adenophoram* Hal. (l. c.) a planta typica non separo.

Lonicera alpigena L.

Trebević pr. Sarajevo, Vareš in B. (I, 21).

* **Lonicera alpigena L. var. glandulifera Freyn.**
(L. Formánekiana Halácsy).

Mirčevica pl. (IX, 59) et Galičica pl. in M. (XII, 51).

Symphoricarpos racemosa Michx.

Vodena in M. (XII, 51, *Periploca graeca* L. p. p., leg. Kindl);
Vodena in M. (XIII, 205, det. Halácsy).

*) Další příspěvky ku poznání květeny bosenské a hercegovské. Výroční zpráva akadem. gymnasia v Praze, 1892, pag. 20.

**) J. Freyn, Beitrag zur Flora von Bosnien und der angrenzenden Hercegovina in Verhandl. der k. k. zool.-botan. Gesellschaft in Wien, 1888, pag. 609 (Sepab. pag. 35).

***) Conf.: „Beitrag zur Flora von Montenegro in Ungar. botan. Blätter. 1907, pag. 156 (Sepab. pag. 8).

Rubiaceae Juss.***Putoria calabrica* L.**

Sct. Giov. di Medua (det. Halácsy), Durazzo et Šik Čafe in A.; Govrica et val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 31, det. Halácsy); Ragusa in D.!

***Rubia peregrina* L.**

Anadoli-Kavak in As. (IV, 19); Alemda in As. (1890, det. Borbás).

***Rubia tinctorum* L.**

Larissa in Th. (III, 23); Govrica in E. (VIII, 31); Pharsalos in Th. (IX, 59); Ošan in M. (XII, 50, det. Borbás).

***Galium rotundifolium* L.**

Borja pl. in B. (I, 21); Sitnica in B. (II, 16); Olympus in As. (IV, 19, det. Borbás); Mali Jastrebac in S.; Dokimi in P. Th. (IX, 58); Jailadžik in Bg. (1892).

***Galium Mollugo* L.**

Demir-Kapu in M. (III, 23 et V, 19, det. Borbás); Kraljevo in S. (VII, 23, det. Borbás); Gobeš-Balkan in M. (VII, 23, *G. erectum* Huds.; ad var. *angustifolium* Leers *vergens*); Vrčenovac in S. (IX, 59).

Locus excludendus:

Peristeri in M. (VII, 23 = *G. erectum* Huds.).

***Galium Mollugo* L. var. *pubescens* Schrad.**

(*G. pubescens* Schrad.).

Dervent-Balkan pr. Saloniki in M. (III, 23, pro typico); m. Sakardža in Bg. (VI, 14, *G. erectum* Huds.); Balia pl. in M. (IX, 58, *G. verum* L.); m. Korthiati in M. (XII, 50, var. *pycnotrichum* H. Braun).

Galium Mollugo L. var. **angustifolium** Leers.

Vodena in M. (XIII, 204, leg. Kindl).

Galium elatum Thuill. ♂) **brevifrons** Borb. & H. Braun.*)

Mt. Rhodope in Bg. (IV, 19, *G. Mollugo* L. var. *brevifrons* Borb. in litt.).

Galium erectum Huds.

Sisek in Croatia, Banjaluka in B. (I, 21, det. H. Braun); Karlovo in Bg. (IV, 19, *G. aureum* Vis. ♂) *firmum* Tsch.); Peristeri, Bratučina pl. in M. (V, 19, det. Borbas); Leskovnik et Ostra Čuka (Ozren) in S. (VI, 14, det. Borbás); Peristeri in M. (VII, 23, *G. Mollugo* L.); Hadžibarica pl. in M.; Pelion in Th. (IX, 59); m. Karataš in M. (XII, 50, det. Borbás); Krupa in B. (*G. laevigatum* L. in sch.).

Loca excludenda:

M. Sakardža in Bg. (VI, 14 = *G. Mollugo* L. var. *pubescens* Schrad.); Gobeš-Balkan in M. (VII, 23 = *G. Mollugo* L.).

Galium lucidum All. (*G. rigidum* Vill.).

Barkola pr. Tergestum; Glog pr. Sarajevo in B. (I, 21, *G. corrudaefolium* Vill.); Golešnica pl., Demirhissar in M. (XIII, 204).

* **Galium lucidum** All. var. **scabridum** DC.

Mt. Ossa in Th. (1889)!

Galium laevigatum L. (*G. aristatum* L.).

Planta vera in herbario non provenit.

Loca excludenda:

Zalin, Modra, Žabljak, Makljenovac, Dobož, val. Stavnja pr. Sulješćica et Trebević pr. Sarajevo in B. (I, 21 = *G. Schultesii* Vest); Krupa, Stratinska, Banjaluka, Barakovac pr. Vrbanja in B. (I, 21 = *G. silvaticum* L.).

Galium Schultesii Vest.

Zalin, Modra, Žabljak, Makljenovac, Dobož, val. Stavnja pr. Sulješćica et Trebević pr. Sarajevo in B. (I, 21, *G. laevigatum* L.,

*) Oesterr. bot. Zeitschrift, 1892, pag. 164.

det. H. Braun); Ravno Buče in Suha pl. S. (III, 23, det. Borbás); Sibecki potok pr. Alexinae in S. (VI, 14, det. Borbás); Revolteta pr. Tergestum (1887, ? *G. Heuffelii* Borb., det. H. Braun).

***Galium Schultesii* Vest var. *lineare* Borbás.**

Specimen fragmentosum in m. Sakardža Bulgariae lectum (VI, 14) folia vix angustiora, corollas pilis crebris, albidis manifeste setulosas habet. Nota posteriore ab omnibus plantis typicis, quae mihi obiacent, discrepat. Plantam hanc potius nomine „var. *trichanthum*“ salutare velim.

***Galium pseudoaristatum* Schur. *)**

(Synonyma: *G. papillosum* Heuff. non Lap., *G. Heuffelii* Borb., *G. aristatum* L. var. *scabrum* Grsb., *G. scabrum* Kern., *G. asperulaeflorum* Borb.).

Studena et Banja pr. Vranja in S. (III, 23, *G. asperulifolium* Borb., det. Borbás); Tursko Brdo ap. Paračin in S. (V, 19, *G. asperulaeflorum* Borb., det. Borbás); Brusnik et Kristofor in M. (V, 19, *G. Heuffelii* Borb., det. Borbás); Visoko Tepe, Kara Bair, Kosteneec et Sakardža in Bg. (VI, 14, *G. Heuffelii* Borb.); Ostrec, Bukovo pr. Oehrida in M. (VII, 23, det. Borbás); Mali Jastrebac in S. (IX, 59, det. Borbás); Balia pl., Ošlan, Galičica pl. in M. (XII, 50, *G. asperulaeflorum* Borb., det. Borbás); Balia pl., Galičica pl. in M. (XII, 50, det. Borbás); Vis breg pr. Sičevo in S. (1889)!

Specimina e locis hic enumeratis, ut persuasum habeo, specificè non diversa sunt et ad polymorphum *G. pseudoaristatum* Schur spectant. Stirpem hanc etiam in Bosnia orient. pr. oppidum Rudo ad rad. montis Varda observavi (anno 1907).

Planta ad Adampol in As. lecta (IV, 19, det. Borbás) *G. longifolio* Sibth. certe adnumeranda.**) Specimina plantae ad radices Olympi bithyni lectae (parva fragmenta) et a beato cl. Borbás pro *G. Heuffelii* Borb. declaratae (IV, 19) ob pedicellos florum capillares, elongatos hucce non spectant. Exacte non determinanda.

*) Conf. Kerner, Oesterr. bot. Zeitschrift, 1876, pag. 119 et Borbás, Florae hung., serb. et bulgar. addenda in Természetrázi Füzetek, 1893, pag. 49.

**) Conf. Borbás, l. c. pag. 49.

* **Galium longifolium** Sibth.

Adampol in As. (IV, 19, G. Heuffelii Borb.).

Galium silvaticum L.

Krupa in B. (I, 21, det. H. Braun); Krupa, Stratinska, Banjaluka, Barakovac pr. Vrbanja in B. (I, 21, G. laevigatum L., det. H. Braun).

Galium anisophyllum Vill.

Golemi kamen in Suha pl. S. (III, 23, G. sudeticum Tsch.); m. Peristeri in P. (IX, 59, var. plebeium Boiss.).

Galium sudeticum Tsch.

Planta ad Golemi kamen in Suha pl. S. lecta (III, 23) a *G. anisophyllo* Vill. non differt.

Galium constrictum Chaub.

Specimina ad Beikos, Adampol et in Olympo bithyno collecta et a Dre Borbás determinata (IV, 19) ad *Asperulam involucratam* Berggr. & Wahl. referenda.

Galium elongatum Presl.

Krupa in B. (I, 21, det. H. Braun).

* **Galium palustre** L.

Bela Voda loco „Močuri“ dicto in mt. Rh. Bg. (XI, 65, G. rumelicum Form.).

Galium rumelicum Form. 1897 = **G. palustre** L.

Bela Voda loco „Močuri“ dicto in mt. Rh. Bg. (XI, 65).

In herbario parva fragmenta (sterilia) repperi, quae ad *G. palustre* L. spectant. Caules ad angulos scabriusculi sunt, nec „adpresse puberuli“, ut in diagnosi indicatur; folia a typico *G. palustri* L. forma non recedunt.

Galium aureum Vis. (G. firmum Tsch.).

Konjica, Podvelež pr. Mostar, Plandolovi pr. Neum Kula in H. (I, 21, det. H. Braun).

Locus excludendus:

Karlovo in Bg. (IV, 19 = *G. erectum* Tsch.).

Galium ochroleucum W. Kit. (*G. flavicans* Borb.).

Ostree in mt. Rh. Bg. (XI, 64).

Galium flavicans Borb.

Specimina ap. Kerečkői dagh pr. Saloniki lecta (III, 23, det. Borbás) ad *G. verum* L. var. *praecox* Lang. referenda.

Galium verum L.

Sisek in Croatia; Krupa, Bistrica, Buletić in B.; Plandolovi pr. Neum Kula in H. (I, 21, det. H. Braun); Alemda, Ismid dagh in As. (IV, 19, var. *leiocarpum* Ledeb., det. Borbás); Paračin, Glavičin in S.; Karasu pr. Bitolia in M. (V, 19, det. Borbás); Alexinae, Lipovac in S.; Vitoša pl., Visoko Tepe, Kara Baır ad Ich-timan in Bg. (VI, 14); Rtanj in S.; Pletvar, Gorno Divjak, Lopatnica, Mojna, Petrina pl. in M. (VII, 23); Durazzo in A.; Kanali, Evropuli in K. (VIII, 31); Balia pl., Momena čuka pl., Bara pl. in M.; Said Pascha in P.; Tafilvrıs in O. th. (IX, 58, var. *podolicum* Bess.); Zaspas, Banjaluka, Trebević pr. Sarajevo in B. (1887, det. H. Braun); Bőjök-Dere, Jedi-Kule in T. e.; Brussa in As. (1890, det. Borbás); Üsküb in M. (1891, det. Borbás); Vodena in M. (1898)!

Loca excludenda:

Balia pl. in M. (IX, 58 = *G. Mollugo* L. var. *pubescens* Schrad.); Jundol pl., Kamenicka pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 64 = *G. verum* Scop.).

Galium verum L. var. **praecox** Lang. (*G. Wirtgeni* Sz.,
G. verosimile R. & S.).

Zygos in P. (III, 23, det. Borbás); Kerečkői dagh pr. Saloniki in M. (III, 23, *G. flavicans* Borb.); Alexinae in S.; Dragožani in M. (VII, 22, *G. verosimile* R. & S. var. *maioriflorum* Borb.); Diavato, Ostree in M. (VII, 22).

Galium verosimile R. & S. var. **maioriflorum** Borb. =
G. verum L. var. **praecox** Lang.

Alexinae in S.: Dragožani in M. (VII, 22).

In speciminibus a Dre Borbás ita designatis flores a typicis magnitudine non differunt.

G. Wirtgeni Sz. vide **G. verum** L. var. **praecox** Lang.

Galium purpureum L.

Krupa (det. Braun), Barakovac pr. Vrbanja, Pribinić, Crni vrh pr. Tešanj, Zenica, Visoko, Zbilje, val. fl. Stavnja pr. Striževo, Vareš, Grdon, Hreša, Glog pr. Sarajevo in B.; Bročnik pr. Ljubinje, Neum Kula in H. (I, 21); Demir-Kapu in M. (III, 23, det. H. Braun); Baba pl. in S. (V, 19, det. Borbás); Leskovnik in S.; Kneževo in Bg. (VI, 14); Rtanj in S. (VII, 22); Topli dol in S.; Belovo, Milevi skali, val. Elidere in mt. Rh. Bg. (XI, 64); Demirhissar, Xerolivadon (cum varietate) in M. (XIII, 204); Trebević pr. Sarajevo, Žepče, Romanja pl., Dugopolje, Dobrinje, Gorni Šcher, Ratkovo. Vaganac pr. Petrovac, Jajce in B.; Konjica!, Bilek, Počitelj (det. H. Braun) in H. (1887); Sv. Petka pr. Stanimaka, Drenovo, Edrin dol, Sv. Theodor in mt. Rh. Bg.

Loca excludenda:

Dokimi, Chaliki, Lepenica et Koturi in P. (III, 23 = *G. apiculatum* S. S.); val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 31 = *G. apiculatum* S. S.); Peristeri in P. (IX, 58 = *G. apiculatum* S. S.).

* **Galium purpureum** L. var. **trichanthum** m.

Corollae florum brevius pedicellatorum purpurascens vel flavido-virentes, ad lobos pilis albis manifeste puberulae. Folia ut in typo angustissime linearia, basin versus attenuata, margine revoluta; bractee eiusdem formae margine densissime pectinatim puberulae.

Specimina e sequentibus locis plerumque pro planta typica determinata hucce adnumero:

Üsküb in M. (III, 23); Mirčevica pl. in M. (IX, 58, var. *flavescens* Wierzb.); Pržigrad pl. (det. Borbás), Dudiica pl., Gorni-

čova pl., Čeganska pl., Galičica pl. in M. (XII, 50); Beleš pl., Xerolivadon, Doxa, Kaimakčalan pl. in M. (XIII, 204).

* **Galium apiculatum** S. S.

Dokimi, Chaliki, Lepenica et Koturi in P. (III, 23, *G. purpureum* L.); val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 31, *G. purpureum* L.); m. Peristeri in P. (IX, 58, *G. purpureum* L.).

Specimina nostra descriptioni in Boissier, Fl. or. III, 64 datae bene respondent. Folia brevia, anguste lineari-lanceolata, utrinque attenuata, acuta, lucida, margine subrevoluto parum scabriuscula, subtus nervo prominulo percursa, flores pedicellis eis brevioribus insidentes subnutantes, corollae glabrae flavido-virentes.

Stirps a beato Heldreich ad Chelidoni supra Mikrochori in Eurytania lecta ob folia longiora, ad basin manifeste cuneato-angustata, bracteas margine puberulas corollasque apice puberulas hucce non spectat. Planta haec ad *G. purpureum* L. var. *trichanthum* m. referenda.

Galium aparine L.

Flora pl. in M. (IX, 58); Vodena in M. (XIII, 204, leg. Kindl).

Galium Vaillantii DC. (*G. infestum* W. Kit.).

Sarajevo in B. (I, 21, det. H. Braun).

Galium setaceum Lam.

Col. Philippapos ad Athenas (XIV, 78, var. *lasiocarpum* Form.); Trikala et Stylida in Th. (1896)!

Galium anglicum Huds.

Specimina plantae ad Juor pl. in S. lectae (V, 19) cum *G. tenuissimo* MB. identica.

Galium divaricatum Lam.

Pletvar in M. (1891)!; Vlachava in Th.; Katasara in mt. Ot. Th. (1896)!

Galium tenuissimum MB.

Juor pl. in S. (V, 19, *G. anglicum* Huds., det. Borbás); Peristeri in M. (1893)!

Locus excludendus:

Beleš pl. in M. (XIII, 204 = *G. intricatum* M. R.).

* **Galium intricatum** M. R. (*G. trichophorum* Grsb.).

Beleš pl. in M. (XIII, 204, *G. tenuissimum* MB.).

* **Galium verticillatum** Danth.

Xerolivadon in M. (XIII, 204, *G. pedemontanum* All.).

Galium Cruciata Scop.

Krupa in B. (I, 20, det. H. Braun); Spilia in mt. Ossa Th. (III, 23); Kristofor, Peristeri in M. (V, 19); Gorno Divjak, Pusta reka pl., Baba pl., Luben pl., Armatus, Diavato, Petrina, Bukovo in M. (VII, 22); Balia pl., Hadžibarica pl. in M.; Zygos in P.; Tafilvrš in O. th. (IX, 58); m. Korthiati, Ginivica pl. in M. (XII, 50); Vodena (leg. Kindl), Bara pl., Karaferia, Suho polje pl. in M. (XIII, 204); Pusta reka pl. in M. (XIII, 203, *Asperula odorata* L.); Zaspā in B. (1887, det. H. Braun); Ostrec in Bg. (1897); Zakučanska pl. in M. (1898).

Galium verum Scop.

Jailadžik, Sakardža in Bg. (VI, 14); Kamenicka pl., Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 64, *G. verum* L.); Mokro in B.

Galium alpinum Schur.

Specimina plantae e multis locis mt. Rhodopes indicatae (XI, 64) in herbario non occurrunt.

Galium pedemontanum All.

Peristeri, Bratučina pl. in M. (V, 19); Kneževo, Parnevo, Lazene, Ostrec, Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 64); Mlekovica pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 64, *G. cruciatum* L.); Sliva, Pusta reka pl., Baba pl. in M. (XIII, 204); Vladaja in Bg. (*G. cruciatum* L. in sch.).

Galium platypodum Borb. in litt.

M. Peristeri in P. Th. (IX, 58).

Specimina plantae a Dre Borbás ita designatae probabiliter in herbario beati Dr. Borbás asservantur. Secundum Dr. Halácsy (Consp. Fl. gr. I, 728) species nova cum *G. aprico* S. S. identica.

Vaillantia muralis L.

Ragusa in D. (I, 20, det. Vukotinović).

*** Asperula scutellaris** Vis.

Pödvelež pr. Mostar (p. p.) in H., Ragusa in D. (I, 20, A. longiflora W. Kit., det. H. Braun); Cattaro in D.†; Brod pr. fl. Drina in B. (*Galium purpureum* L. in sch.).

Asperula chlorantha B. & H.

Ghavellu in mt. Ag., Klinovo, inter Chaliki et Koturi in P. Th. (X, 42); Chaliki in P. Th. (1889)!

Asperula galioides MB.

Caulis speciminis fragmentosi in m. Rtanj S. lecti, a cl. Borbás determinati (VII, 21) ad basin verticillastrorum molliter pilosus est, folia scabra ad nervum usque revoluta. Ad *A. tyraicam* Bess., quae in Bulgaria occidentali ad fines Serbiae provenit, adnumero.

*** Asperula tyraica** Bess.

M. Rtanj in S. (VII, 21, A. galioides MB.).

Asperula Aparine MB.

(A. rivalis S. S.)

Ismid in As. (IV, 19, det. Borbás); Nikopolis in E. (VIII, 31).

Asperula odorata L.

Pribinić in B. (I, 20); Kara Baŕ ad Ichtiman in Bg. (VI, 14); Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 21); Flora pl. in M. (IX, 58); Momena čuka pl. in M. (XII, 50); Balia pl. in M. (1898).

Locus excludendus:

Pusta reka pl. in M. (XIII, 203 = Galium Cruciatum Scop.).

* **Asperula taurina** L. var. **leucanthera** Beck. *)

In Serbia sine loci specialis indicatione leg. Ilić. Convenit cum speciminibus originalibus ad Igman in Bosnia a cl. Beck anno 1885 collectis.

* **Asperula involucrata** Berggr. & Wahl.

Beikos. Adampol et Olympus in As. (IV, 19, Galium constrictum Chaub.).

Asperula laevigata L.

Specimina plantae ad Ghavellu in mt. Ag. Th. indicatae (X. 42) in herbario non occurrunt.

Asperula ciliata Roch.

M. Rtanj in S. (VII, 21, det. Borbás).

Asperula cynanchica L.

Glog pr. Sarajevo in B. (I, 20); Tursko brdo pr. Paraćin in S. (V, 19, det Borbás); col. Coška pr. Vranja, Golemi kamen et Grob in Suha pl. S. (1889, A. longiflora W. Kit. in sch.); Foča et Goražda in B. (A. longiflora W. Kit. in sch.).

Asperula montana Kit.

Specimina ita designata ad speciem sequentem referenda.

* **Asperula graveolens** MB.

Sat Tepe pr. Philippopolin, Batak, Kamenicka pl. et Sv. Petka pr. Stanimaka in mt. Rh. Bg. (XI, 63, A. montana Kit.).

Asperula canescens Vis.

Specimina plantae ad Ŭsküb in M. indicatae (VII, 21) in herbario non occurrunt.

*) Flora von Süd-Bosnien und der angrenzenden Hercegovina in Annalen des k. k. naturh. Hofmuseums, Wien, 1887, III, pag. 171 (153).

Asperula longiflora W. Kit.

(A. aristata Form. non L.).

Konjica, Podvelež pr. Mostar (p. p.) in H. (I, 20, det. H. Braun); Set. Giov. di Medua in A. (VIII, 31); Dumoš pl. et Orlovac pr. Mostar in H.

Stirps macedonica e locis permultis in speciminibus maxima ex parte valde fragmentosis obvia cum planta in Heregovina nascenti certe non identica est et ad *A. flaccidam* Ten. spectat.

Asperula longiflora W. Kit. var. **maioriflora** Borb. 1891.

(A. maioriflora Borb. 1893).

M. Peristeri et Bratučina pl. in M. (V, 18).

Planta nostra in fragmentis parvis in herbario asservata stirpem alpinam *A. flaccidae* Ten. sistere videtur, quae caulibus pumilioribus, decumbentibus floribusque parum maioribus (sed non duplo!) a typo discedit et speciem propriam certe non exhibere potest. Specimina serius ad Suho polje pl., Gobeš-Balkan et Petrina pl. in M. lecta eodemque nomine designata (VII, 22) cum typica *A. flaccida* Ten. optime conveniunt.

Asperula longiflora W. Kit. var. **trichosiphon** Borb. in litt.= **A. flaccida** Ten. β) **puberula** Hal. & Sint.

Strmno pl. in M. (XIII, 204).

Parva fragmenta cum planta ad Oslop in M. (XII, 50) lecta omnino identica caules cum foliis glabros, corollas pilis albis satis dense pubescentes habent. Corollarum forma in affinitatem *A. flaccidae* Ten. spectant.

Asperula flaccida Ten.(A. longiflora W. Kit. β) ramosior Boiss. Fl. or. III, 36).

Ūsküb, Saloniki et Kerečköi in M. (III, 23, A. aristata L.); Brusnik in M. (V, 18, A. longiflora W. Kit.); m. Peristeri et Bratučina pl. in M. (V, 18, A. longiflora W. Kit. var. maioriflora Borb.); f. alpina); Pletvar et Bukovo in M. (V, 18, A. longiflora W. Kit. var. leiantha Kern.); Kruševsko brdo, Baba pl. et Lopatnica pl. in M. (VII, 22, A. longiflora W. Kit.); Pletvar, Gorno Birino, Mojna et Čerņičani in M. (VII, 22); Suho polje pl., m. Peristeri, Gobeš-

Balkan, Zašlje, Petrina pl. in M. (VII, 22, *A. maioriflora* Borb.); Stratia, Kipuria, Sct. Joannes, Gasturi, Kanali, Evropuli, Afra et Kontokali in K. (VIII, 31); Demir-Kapu in M. (IX, 58, *A. longiflora* W. Kit.); m. Čuka in mt. Ch. Th. (X, 42, *A. longiflora* W. Kit. var. *leiantha* Kern.); Čeganska pl., Nerečka pl. in M. (XII, 50, *A. maioriflora* Borb.); Hadžibarica pl., Han Dervent, Ošlan et Treskavec in M. (XII, 50, *A. longiflora* W. Kit.); col. Gušet pr. Mojna in M. (XII, 50, *A. longiflora* W. Kit. var. *leiantha* Kern.); Oteština, Demirhissar et Postran in M. (XIII, 204, *A. longiflora* W. Kit.); Luben pl. in M. (XIII, 204, *A. longiflora* W. Kit. var. *trichosiphon* Borb. in litt.); Smolevo in M. (1891)!; Krklino et Diavato in M. (1893, *A. longiflora* W. Kit. in sch.).

* ***Asperula flaccida* Ten. (.) *puberula* Hal. & Sint. ***

Kerečkõi in M. (III, 23, cum typo); Gorno Birino in M. (VII, 22, cum typo); Gobeš-Balkan in M. (VII, 22, cum pl. *typica* pro *A. maioriflora* Borb. determinata); Hadžibarica pl. in M. (XII, 50, cum typo); Oslop in M. (XII, 50, *A. longiflora* W. Kit.); Strmno pl. in M. (XIII, 204, *A. longiflora* W. Kit. var. *trichosiphon* Borb. in litt.).

Specimina in societate plantae typicae crescentia caules cum foliis floresque dense patuleque pubescentes habent. Plantae ad Oslop pl. et Strmno pl. lectae, a cl. Borbás nomine „var. *trichosiphon*“ designatae ob corollas tantum pubescentes transitum ad typum praebent. Stirps indumento pubescenti vestita *A. canescentem* Vis. revocat, quae autem corollis roseis, lobis earum longe mucronatis (corollae iuveniles apice mucronato-apiculatae nec rotundatae) differt et ad *A. longifloram* W. Kit. arcte accedere videtur.

***Asperula rigidula* Halácsy var. *tomentella* Halácsy.**

In m. Pentelicon Atticae (XIV, 78, leg. Leonis, det. Halácsy).

***Asperula arvensis* L.**

Vodena (leg. Kindl) et Pusta reka pl. in M. (XIII, 203); ad urbem Tripolin in Arkadia (XIV, 78, leg. Leonis).

*) Oesterr. bot. Zeitschrift, Wien, 1890, pag. 38, p. sp.

Crucianella latifolia L.

Kapurna in Th. (III, 23, det. Halácsy); Set. Giov. di Medua in A. (VIII, 31, *C. angustifolia* L.); inter Neraida et Stylida in Th. (X, 42, *C. graeca* Boiss.); Kerečkői dagh in M. (1889)!; Hagios Athanasios in M.!

Locus excludendus:

Velestinos in Th. (IX, 57 = *C. graeca* Boiss.).

Crucianella graeca Boiss.

Ulanca et Demir-Kapu in M. (V, 18); Ligaria in Th. (IX, 57); Velestinos in Th. (IX, 57, *C. latifolia* L.); Stylida in Th. (X, 42); Džemdem Tepe pr. Philippopolin in Bg. (XI, 63); Ošan in M. (XII, 50); Beleš pl. in M. (XIII, 203); col. Coška pr. Vranja in S.!.; Slivodol, Sv. Theodor, Dlegovo Usojke, Kale, Narečen in mt. Rh. Bg.; Selca pl. in M. (1898, *C. latifolia* L. in sch.); Golešnica pl. in M. (1899)!

Loca excludenda:

Inter Stylida et Neraida in Th. (X, 42 = *C. latifolia* L.); Stanimaka in mt. Rh. Bg. (XI, 63 = *C. angustifolia* L. β) *oxyloba* (Jka)).

Crucianella angustifolia L.

Plantae ad Demir-Kapu (III, 23) et Suho polje pl. in M. (VII, 21) lectae ad varietatem sequentem spectant.

Locus excludendus:

Set. Giov. di Medua in A. (VIII, 31 = *C. latifolia* L.).

Crucianella angustifolia L. β) *oxyloba* (Jka p. sp.).

Demir-Kapu in M. (III, 23, pro typ.); Suho polje pl. in M. (VII, 21, pro typ.); lac. Vlasina in S. (leg. Ilić); Balia pl. in M. (IX, 57); Vlachava, m. Čuka, Kerasia Sina in mt. Ch., Hepdominta Aderfia in mt. Ox. Th. (X, 42); Stanimaka in mt. Rh. Bg. (XI, 63, *C. graeca* Boiss.); Beleš pl., m. Xerolivadon in M. (XIII, 203); mt. Ossa in Th. (1889)!; Ghavellu in mt. Ag. Th. (1894); Peristeri et Bara pl. in M. (1896).

Specimina nostra cum *C. angustifolia* L. gallica comparavi, a qua specificè vix separanda sunt. Ob bracteas angustiores, lon-

gius sensimque acuminatas, magis pellucido-scariosas ipsa pro varietate eius habeo.

Sherardia arvensis L.

Ismid in As. (IV, 19, det. Halácsy); Kristofor in M. (V, 18, det. Borbás); Maglenci in M. (VII, 21); Belež pl. et Suho polje pl. in M. (XIII, 203); Banjaluka, Maslovare, Zaspá et Trebević pr. Sarajevo in B. (1887); Kapurna in Th.!

Valerianeae DC.

Valeriana officinalis L.

Sela pr. Sisek in Croatia, val. Stavuža pr. Sulješćica in B. (I, 20); Han Balduma in E. (VIII, 31, V. angustifolia Tsch.); Tišina pr. Sisek in Croatia!

Locus excludendus:

Vodena in M. (XIII, 204 = V. Dioscoridis S. S.).

Valeriana angustifolia Tsch.

Specimina ad Han Balduma in E. lecta (VIII, 31) ad typicam *V. officinalem* L. pertinent.

* **Valeriana Dioscoridis S. S.**

Vodena in M. (XIII, 204, V. officinalis L., leg. Kindl).

Valeriana tripteris L.

Vitoša pl. in Bg. (VI, 14).

Valeriana montana L.

Duboščica et Romanja pl. in B., Dumoš pl. in H. (II, 16); Sibecki livadi in S. (III, 22); Sarajevo in B.

Centranthus ruber DC.

Vaniköi in As. (IV, 19, det. Halácsy).

Centranthus juncus B. & H.

Specimina plantae ad Baba in M. indicatae (IX, 57) in herbario reperire mihi non contigit.

* **Centranthus Velenovskýi** Vandas.

Podvelež pr. Mostar in H. (1888)!

Valerianella olitoria Poll.Planta ad Vodena in M. (XIII, 204) collecta ad *V. turgidam* Betek. spectat.* **Valerianella turgida** Betek.Vodena in M. (XIII, 204, *V. olitoria* Poll.).* **Valerianella carinata** Lois.Seličevica in S. (*V. turgida* Betek. in sch.).* **Valerianella auriculata** DC.

Zaspa in B.

* **Valerianella tridentata** Stev. (*V. membranacea* Lois.).Lažene in Bg. (XI, 63, *V. coronata* DC. p. p.).**Valerianella coronata** DC.

Balja pl. in M. (IX, 57, det. Halácsy); Kneževo et Lažene in Bg. (XI, 63); Vodena in M. (XIII, 204); Sičevo, Seličevica et Jelašnica in S.!

Dipsaceae DC.**Morina persica** L. subsp. **turcica** Halácsy. *)

Demir-Kapu in M. (III, 22, pro typ. det. Halácsy); Ulanca, Gradsko in M. (V, 18); Sičevo in M. (VII, 21).

Pterocephalus plumosus L.Üsküb in M. (V, 18, *Knautia orientalis* L.); Demir-Kapu in M. (IX, 55, *Knautia orientalis* L.); Koryza pr. Volo in Th. (1896)!**Pterocephalus Parnassi** Spreng.

M. Pelion in Th. (IX, 57, det. Halácsy).

*) Oesterr. botan. Zeitschrift, 1891, pag. 409.

Pterocephalus grandiflorus Form. 1899 = **Callistemma
brachiatum** Boiss. + **Trichera hybrida** R. & S.

Vodena in M. (XIII, 203).

Specimina a dom. Kindl lecta supra designatas species
(typicas!) exhibent.

Callistemma brachiatum Boiss. (*Scabiosa brachiata* S. S.).

Han Kuklëus in val. fl. Peneios Th. (III, 22); Vendišta in P.
(III, 22, det. Halácsy); Kerečkõi pr. Saloniki in M. (III, 22, *Scabiosa hybrida* All., det. Halácsy); Demir-Kapu in M. (V, 18, *Scabiosa multiseta* Vis. p. p., det. Halácsy); col. Ardómista pr. Han Balduma, val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 30); Pharsalos, Trikala, Han Tripa, Malakasi (det. Halácsy), inter Malakasi et Said Pascha in Th. (IX, 57, var. *Sibthorpiantum* Grsb.); Kucuro, Kristotades. monastir Hagia Paraskevi in mt. Ch. Th. (X, 42, pro var.); Saloniki (det. Halácsy), Han Dervent, Ošlan, Gorničova pl. in M. (XII, 50, pro var.); Saloniki, Han Dervent in M. (XII, 49, *Knautia hybrida* Coult.); Vodena in M. (XII, 49, *Scabiosa ucranica* L. p. p.); Karaferia, Xerolivadon in M. (XIII, 202, pro var.); Vodena in M. (XIII, 203, *Pterocephalus grandiflorus* Form. p. p.); Kerečkõi, Janek karakol deresu, Dervent alten de kükü in M. et Kastania in P. Th. (1889)!; Vodena in M. (*Knautia arvensis* Coult. in sch., det. Halácsy); Haterim in M. (1900)!

Varietatem huius plantae (?) *Sibthorpianam* (Boiss.) (*Scabiosa multiseta* Vis.) ob specimina fragmentosa, foliis maxima ex parte destituta discernere non possum. Planta ad Gradsko et Demir-Kapu in M. lecta (V, 18, p. p.) ad *Scabiosam rotatam* MB. referenda.

Scabiosa graminifolia L.

Konjica in H. (I, 20).

Scabiosa ucranica L.

Studena in S.; Demir-Kapu, Saloniki, Kerečkõi in M.; Ples-sidi et Trikala in Th. (III, 22, det. Halácsy); mt. Rhodope in Bg. (IV, 18); Gradsko, Bitolia, Smolevo, Kristofor, lac. Presba in M. (V, 18); Alexinac in S.; Kneževo in Bg. (VI, 13); Lopatnica, Mojna, Černičani, Velušina, Dolenci, Gobeš, Petrina pl. in M. (VII, 21);

Durazzo in A. (VIII, 30); Pelion, Koryza pr. Volo in Th., Milouna et Patsios in O. th. (IX, 57); Demir-Kapu in M. (IX, 57, pro var. pilosa R. & S.); Kerasia Sina in Th. (X, 42, pro var. pilosa R. & S.); Koprivštica in S.; val. Elidere in mt. Rh. Bg. (XI, 63); Ošan (det. Halácsy), Saioniki, Kerečkői, Bukovo in M. (XII, 49); Portaria pr. Volo in Th. (1889, det. Halácsy); Plačevica et Vranja in S. (1889)!; Ristovac in S. (1895)!; col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e.

Loca excludenda:

Üsküb in M. (III, 22 = *S. rotata* MB.); Philippopolis, Karlovo in Bg. (IV, 18 = *S. triniaefolia* Friv.); Kara Bair ad Ichtiman, Sakardža in Bg. (VI, 13 = *S. triniaefolia* Friv.); Ostrec in M. (VII, 21 = *S. silaifolia* Velen.); Momena čuka pl. in M. (IX, 57, var. pilosa R. & S. = *S. silaifolia* Velen.); Sv. Petka pr. Stanimaka in Bg. (XI, 63, var. pilosa R. & S. = *S. hispidula* Boiss.); Vodena in M. (XII, 49 = *Callistemma brachiatum* Boiss. + *S. ochroleuca* L.); Köprülü in M. (XIII, 202 = *S. silaifolia* Velen.).

Scabiosa ucranica L. var. **hirsuta** Form. =

S. hispidula Boiss.

Col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e. (IV, 18).

Planta annua, corollae violaceae denticulatae, calicis limbus intus hirtellus. Cum speciminibus asiaticis identica.

Scabiosa crenata Cyr.

Dokimi (det. Halácsy), Chaliki, Lepenica (det. Halácsy), Velitsena in P. (III, 22); Neochorion in mt. Ag. Th. (X, 42).

* **Scabiosa hispidula** Boiss.

Col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e. (IV, 18, *S. ucranica* L. var. *hirsuta* Form.); Sv. Petka pr. Stanimaka in Bg. (XI, 63, *S. ucranica* L. var. pilosa R. & S.); Brussa in As. (1890, *S. Webbiana* Don. in sch.).

* **Scabiosa micrantha** Desf.

Sv. Dimitri pr. Stanimaka in Bg.!

* **Scabiosa rotata** MB.

Ůsküb in M. (III, 22, *S. ucranica* L.); Demir-Kapu in M. (V, 18, *S. multiseta* Vis. p. p., det. Halácsy); Gradsko in M. (V, 18, *S. multiseta* Vis.).

Cum speciminibus ad Koujovo in Bulgaria anno 1887 a me lectis identica.

* **Scabiosa sicula** L.

Saloniki in M. (1889)!

Unicum fructiferum, satis mancum specimen hucce spectat.

Scabiosa maritima L.

Jedi-Kule, Rumeli-Kavak in T. e.; Anadolu-Kavak, Alemda, Anadolu-Hissar et Ismid in As. (IV, 18); col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e. (IV, 18, *S. columbaria* L., det. Halácsy); Ismid dagh pr. Ismid in As. (IV, 18, *S. ochroleuca* L.); col. Čeledrisdagh et Kazania in A.; Stratia, Kanali, Gasturi, Potamos, Evropuli, Afra in K.; Sct. Georgios, monastir Margarona, Hagios Spiridion ap. Prevesa in E. (VIII, 30); Lamia in Th. (X, 42).

Scabiosa tenuis Sprun.

Spilia et Ambelakia in mt. Ossa (det. Halácsy); Trikala, Kalabaka, Han Kuklëus in val. fl. Peneios, Malakasi, Velitsena et Kastania in P. Th.; Čafu, Ali Bey Tepesi ap. Kavaja in A., Ephemides, col. Bilik pr. Janina, Sadovica, monastir Hagia Paraskevi, m. Mičikeli, Han Balduma, val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 30); Trikala in Th. (IX, 57); Vodena, Ošlan in M. (XII, 49); Karaferia in M. (XII, 49); Baba in Th. (1889, *S. macedonica* Form. in sch.); Haterim in M. (1900)!

Scabiosa triniaefolia Friv.

Philippopolis, Karlovo in Bg. (IV, 18, *S. ucranica* L.); Kara Baır ad Ichtiman, Sakardža in Bg. (VI, 13, *S. ucranica* L.); Azovo in Bg. (XI, 62, *S. ochroleuca* L. var. *rhodopea* Velen., *S. angustifolia* Form. in sch.); Radnja in M. (XIII, 202, *S. ochroleuca* L. var. *rhodopea* Velen.); Bunardžik, Sat Tepe in Bg. (*S. ucranica* L. in sch.).

Locus excludendus:

Pletvar in M. (V, 18 = *S. silaifolia* Velen.).

* **Scabiosa silaifolia** Velen.

Pletvar in M. (V, 18, ? *S. triniaefolia* Friv.); Kruška kula in M. (VII, 21, *S. mollis* Willd.); Ostrec in M. (VII, 21, *S. ochroleuca* L. var. *Webbiana* Boiss.); Ostrec in M. (VII, 21, *S. ucranica* L.); Momena čuka pl. in M. (IX, 57, *S. ucranica* L. var. *pilosa* R. & S.); Bara pl. in M. (*S. ochroleuca* L. var. *mucronata* Form.); Mlekovica, val. Elidere, Alabak, Ostrec, Milevi skali, Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 62, *S. ochroleuca* L. subsp. *rhodopea* Velen.); Kō-prülū in M. (XIII, 202, *S. ucranica* L.); Radnja, Demirhissar in M. (XIII, 202, *S. ucranica* L. subsp. *rhodopea* Velen.); Üsküb, Kerçeköi in M. (1889)!; Ochrida in M. (1893)!; Baba pl. in M. (*S. columbaria* L. in sch.).

Scabiosa ochroleuca L.

Col. Coška pr. Vranja, Ristovac in S.; Paračin, Baba pl., Plana in S. (V, 18); Kruševsko brdo, Baba pl. in M. (VII, 21, var. *Webbiana* Boiss.); Jastrebac in S. (IX, 56); Gorica pr. Niš in S. (X, 41); Nerečka pl. in M. (XII, 49, var. *Webbiana* Boiss.); Žervensko brdo in M. (XII, 49, *S. columbaria* L.); Kaimakčalan, Iven (var. *Webbiana* Boiss.) in M. (XIII, 202); Sliva in M. (XIII, 202, *S. columbaria* L.); Kneževo, Lulin pl. in Bg.

Loca excludenda:

Ismid dagh pr. Ismid in As. (IV, 18 = *S. maritima* L.); Ostrec in M. (VII, 21, var. *Webbiana* Boiss. = *S. silaifolia* Velen.); val. fl. Azovica, Sultanica, Alabak, Mlekovica, Milevi skali, val. Elidere, Ostrec, Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 61, subsp. *rhodopea* Velen. = *S. silaifolia* Velen.); Radnja, Demirhissar in M. (XIII, 202, subsp. *rhodopea* Velen. = *S. silaifolia* Velen.).

Scabiosa ochroleuca L. subsp. **rhodopea** Velen.

Bela Voda, Bjela Crkva in mt. Rh. Bg. (XI, 62).

Scabiosa ochroleuca L. var. **mucronata** Form. 1895
= **S. silaifolia** Velen.

Bara pl. in M. (IX, 56).

Specimina ibi lecta fragmenta caulium exhibent (partes basiales desunt), quae cum speciminibus bulgaricis bene conveniunt.

Scabiosa ochroleuca L. var. **Webbiana** Boiss.

(*S. Webbiana* Don.).

Chichli in T. e.; Olympus et Adampol in As. (IV, 18); Peristeri in M. (V, 18, det. Halácsy); Said Pascha, Dokimi in P. (IX, 57, var. *alpina* Hausskn.); Phlambures in mt. Ch., Neochorion in mt. Ag., Pirgo in mt. Ot. Th. (X, 41); m. Ghavellu in mt. Ag. Th. (X, 41, *S. taygetea* B. & H. var. *pindicola* Hausskn.); Čeganska pl. in M. (XII, 49, *S. ochroleuca* L. typ.); Vodena in M. (XII, 49, *S. ucranica* L. p. p.); Luben pl. in M. (XIII, 202, *S. mollis* Willd. p. p.); Doxa in M. (XIII, 202); Vodena in M. (XIII, 202, *S. mollis* Willd.); m. Pentelicon Atticae (XIV, 78); Karataš in M. (1898).

Scabiosa balcanica Velen.

Vitoša pl. in Bg. (VI, 13, det. Borbás).

Scabiosa taygetea Boiss. & Heldr. var. **pindicola**
Hausskn.

Specimen e m. Ghavellu in mt. Ag. Th. (X, 41) ad *S. ochroleucam* L. var. *Webbianam* Boiss. referendum.

Scabiosa columbaria L.

M. Rtanj in S. (VII, 21, *S. mollis* Willd.); Sv. Stevan in S. (IX, 56, *S. mollis* Willd.); m. Mirica et Popovi livadi in Stara pl. S.; Lulin pl. in Bg. (XI, 62); Strmno in M. (XIII, 202, *S. lucida* Vill.); Luben pl. in M. (XIII, 202, *S. mollis* Willd. p. p.); Suho polje pl. in M.!

Specimina ad Sv. Stevan et Rtanj in S., porro ea in monte Luben M. lecta, a beato cl. Borbás pro *S. molli* Willd. determinata a typica *S. columbaria* L. nulla nota graviore discedunt nisi indumento pubescenti, molli, densiore.

Loca excludenda:

Col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e. (IV, 18 = *S. maritima* L.); Žervensko brdo in M. (XII, 49 = *S. ochroleuca* L.); Sliva in M.

(XIII, 202 = *S. ochroleuca* L.); Pusta reka pl. in M. (XIII, 202 = *S. dubia* Velen.).

Scabiosa agrestis W. Kit.

Sisek in Croatia, Krupa (det. Freyn), Lipnik in B.: Bilek in H. (I, 20); Gorjevac, Novi, Karaula pr. Bihać!, Tunica!, Ključ!, Vranjska-Mosora! in B.; Ljubinja in H.

Scabiosa mollis Willd.

Specimina ita designata ad species varias referenda:

M. Rtanj in S. (VII, 21 = *S. columbaria* L.); Kruška kula in M. (VII, 21 = *S. silaifolia* Velen.); Sv. Stevan in S. (IX, 56 = *S. columbaria* L.); Vodena in M. (XIII, 202 = *S. ochroleuca* L. var. *Webbiana* Boiss.); Luben pl. in M. (XIII, 202 = *S. columbaria* L. + *S. ochroleuca* L. var. *Webbiana* Boiss.).

Scabiosa leucophylla Borbás.

Modra (det. Borbás), Stratinska (det. Borbás), Banjaluka, Borja pl., Grad pr. Doboj (f. *incanescens*), Hreša pr. Sarajevo (f. *incanescens*) in B. (I, 20); Malbuć pr. Kola in B. (II, 15); Karaula pr. Bihać, Sitnica in B.; Jajce et Dubošćica in B. (f. *incanescens*)!

Scabiosa dubia Velen.

M. Leskovnik in S. (VI, 13); Pusta reka pl. in M. (XIII, 202, *S. columbaria* L.); Golemi kamen et Sibecki livadi in Suha pl. S. (1889)!; Gobeš pl. in M. (1893)!

Cum speciminibus originalibus in collibus dumosis supra Kostinbrod Bulgariae lectis (1887) identica. Eandem stirpem in Varda pl. supra Rudo Bosniae orient. anno 1907 observavi.

Scabiosa lucida Vill.

Planta vera huius nominis in herbario deest. Specimina e Doxa in M. cum *S. ochroleuca* L. conveniunt, ea ad Strmno pl. in M. indicata typicam *S. columbariam* L. sistunt (XIII, 202).

Scabiosa Hladnikiana Host.

Indicatur in m. Trebević supra Sarajevo in B. (I, 20). In herbario non obvia.

Scabiosa brachiata Sibth. }
Scabiosa multiseta Vis. } vide **Callistemma**.
Scabiosa hybrida All. }

Succisa pratensis Meh.

Jailadžik in Bg. (VI, 13); Vrbanja in B.!; Vitoša pl. in Bg. (VI, 13, *S. pratensis* Meh. var. *australis* Rehb.).

Succisa australis Rehb.

Sisek in Croatia (I, 20); Vedropolje, Pritoka in B. (II, 15); Sela pr. Sisek in Croatia (*S. pratensis* Meh. in sch.).

Dipsacus silvestris Mill.

Specimina plantae e multis locis indicatae in herbario desunt.

Dipsacus laciniatus L.

Sisek in Croatia!; Pržigrad pl. in M.

Dipsacus pilosus L.

Surjan in B. (II, 15); Ravno Buče in Suha pl. S. (III, 22); Ilidže in B. (1887).

* **Cephalaria ambrosioides** Boiss.

Krkline in M. (VII, 21, *C. graeca* R. & S.); Demir-Kapu in M., Spilia in mt. Ossa et Patsios in O. th. (IX, 56, *C. graeca* R. & S.).

Cephalaria leucantha Schrad.

Podvelež pr. Mostar in H., Ragusa in D. (I, 20); Busak pl. et Hum pr. Mostar in H. (II, 15); Sct. Giov. di Medua in A. (VIII, 31); Bilek, Mosko, Jablanica et Počitelj in H.!; Zara, Sebenico et Cattaro in D.!

Locus excludendus:

Vrabac pr. Konjica in H. (I, 20 = *C. graeca* R. & S.).

Cephalaria corniculata R. & S.

Leskovnik in S. (VI, 13); m. Rtanj in S. (VII, 21); Pirot in S. (XI, 62, f. *puberula* Adamović); Lipovac in S.

Cephalaria graeca R. & S.

Vrabac pr. Konjica in H. (I, 20, *C. leucantha* Schrad.); Kerečkői in M. (III, 22, *C. transsilvanica* Schrad.); Smolevo et Lahce in M. (V, 18); col. Kara Bair, Visoko Tepe ad Ichtiman in Bg. (VI, 13); Stara reka, Ostree, Kamenicka pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 62); col. Gušet ap. Mojna, Kerečkői in M. (XII, 49); Luben pl. in M. (XIII, 202).

Loca excludenda:

Krkliino in M. (VII, 21 = *C. ambrosioides* Boiss.); Demir-Kapu in M., Spilia in mt. Ossa et Patsios in O. th. (IX, 56 = *C. ambrosioides* Boiss.); Laina et Vodena in M. (XII, 49 = *C. transsilvanica* Schrad.).

Cephalaria transsilvanica Schrad.*)

Col. Coška pr. Vranja et Ristovac in S.; Demir-Kapu, Saloniki, Dervent alten de kükü in M.; Kapurna, Larissa, Pharsalos et Trikala (det. Halácsy) in Th. (III, 22); col. Chaduma pr. Adrianopolin in T. e.; Ismid in As. (IV, 18); Paračin in S.; Gradsko et Lahce in M. (V, 18); col. Čeledrisdagh ap. Durazzo, col. Ali Bey Tepesi ap. Kavaja in A.; Prevesa in E. (VIII, 30); Demir-Kapu in M.; Tyrnavos, Drepani in Th. (IX, 56); Gorica ap. Niš in S. (X, 41); Karaferia, Ošlan et Ostrovo in M. (XII, 49); Laina et Vodena in M. (XII, 49, *C. graeca* R. & S.).

Locus excludendus:

Kerečkői in M. (III, 22 = *C. graeca* R. & S.).

Compositae L.

Bidens cernua L.

Pirot in S. (XI, 50); Ochrida in M. (XII, 38).

Loca excludenda:

Demir-Kapu in M. (III, 16 = *B. orientalis* Velen.); Karlovo in Bg. (IV, 13 = *B. orientalis* Velen.).

Bidens tripartita L.

Planta vere in herbario deest. Stirps ad Vrčenovae in S. lecta (IX, 43) ad *B. orientalem* Velen. spectat.

*) Species e genere *Trichera* Schrad. et *Knautia* L. hic non enumero, propterea ipsas priore anno ad cl. Drem Z. Szabó misi, qui de iisdem adhuc nullas adnotationes mecum communicavit.

Bidens orientalis Velen.

Demir-Kapu in M. (III, 16, *B. cernua* L.); Karlovo in Bg. (IV, 13, *B. cernua* L.); Ichtiman in Bg. (VI, 10); Vrčenovae in S. (IX, 43, *B. tripartita* L.); Piroto, Topli dol in S., Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 50, pro var. *B. tripartitae* L.); Laina, Langaza in M. (XII, 38, pro var. *B. tripartitae* L.); Sibecki potok in S. (1892, *B. tripartita* L. in sch.); Džemdem Tepe pr. Philippopolin in Bg. (1897).

Doronicum Orphanidis Boiss.

Bratučina pl. in M. (V, 14, cum var. *oligocephalo* Form.); Buševa česma. Plasnica pl., Pusta reka pl. in M. (VII, 15); Nerėčka pl., m. Peristeri in M. (XII, 41); Zakučanska pl. in M. (1898).

Specimina macedonica folia pagina inferiore glandulis sessilibus densissimis viscidula partesque inflorescentiae densissime breviterque glanduloso-hirsutas habent. Pili articulati glandulis satis magnis, ferrugineo-brunneis terminati inaequales, satis breves et concolores sunt. In *D. macrophylo* Fisch. et Hornem. bulgarico folia subtus vix glanduloso-viscida partesque inflorescentiae quidem dense glanduloso-hirsutae sunt, sed pili articulati multo longiores (duplo), albidi, glandulae eorum totidem ferrugineae, parvae. Ambae species excepto indumento nimis affines esse mihi videntur.

Loca excludenda:

Hadžibarica pl., Momena čuka pl. in M. et Dokimi (var. *oligocephalum* Form.) in P. Th. (IX, 47 = *D. austriacum* Jacq.).

Doronicum Orphanidis Boiss. var. **oligocephalum** Form.

= **D. Orphanidis** Boiss. typ.

Bratučina pl. in M. (V, 14, cum typo).

Specimina in herbario asservata fragmenta de plantis typicis putatione quadam deformatis sumpta exhibent. Planta ad Dokimi in Pindo lecta (IX, 47) cum *D. austriaco* Jacq. convenit.

Doronicum macrophyllum Fisch. & Hornem.

M. Mirica in Stara pl. S. (XI, 53).

Specimen unicum, incompletum defloratumque cum planta, quam ad Petrohan in Stara pl. Bulgariae cum amic. Velenovský anno 1887 legimus, identicum esse videtur.

Doronicum austriacum Jacq.

Hadžibarica pl. (plantae superne sparsim glanduloso-hirtae) et Momena čuka pl. in M. (IX, 47, D. Orphanidis Boiss.); Dokimi in P. (IX, 47, D. Orphanidis Boiss. var. oligocephalum Form.); Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 53, var. rhodopeum Form.).

Doronicum austriacum Jacq. var. **rhodopeum** Form. 1897
= **D. austriacum** Jacq.

Specimina valde incompleta, putatione deformata ad *D. austriacum* Jacq. spectant. Involuceri phylla in speciminibus bulgaricis, quae in herbario Dris V e l e n o v s k ý comparavi, omnino parum latiora brevioraque ac in plantis Europae centralis.

Doronicum Columnae Ten. (D. cordifolium Sternb.).

M. Peristeri in P. (IX, 47); m. Karataš, Galičica pl. in M. (XII, 41; specimina valde incompleta); Smrdan in Suha pl. S. (1889)!; Kaimakčalan in M. (1889); Foča, Sarajevo in B.!

* **Senecio saracenicus** L. (p. p.).

Borja pl. in B. (I, 17, S. Fuchsii Gmel.).

Senecio Fuchsii Gmel.

Vučia luka pr. Sarajevo in B. (I, 17, S. Jacquinianus Rehb.); Han na Romanja in B. (II, 12); Karaula pr. Jajce in B.!: Smrdan in Suha pl. S.!

Locus excludendus:

Borja pl. (I, 17 = S. saracenicus L. (p. p.)).

Senecio Fuchsii Gmel. var. **Karaulensis** Form. =
S. bulgaricus Velen.

Karaula pr. Jajce in B. (II, 12).

Cum speciminibus serbicis a el. Bornmüller in Serbia lectis (ad Suva pl.) omnino convenit, quae minus crispule pubescentes sunt ac planta originalis bulgarica in herbario amic. V e l e n o v s k ý asservata.

Senecio nemorensis L. (S. Jacquinianus Rehb.).

Jundol pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 54); Beleš pl. in M. (XIII, 197);
Visoko in B.!: Sibecki livadi et Grob in Suha pl. S.

Loca excludenda:

Vučia luka pr. Sarajevo in B. (I, 17 = S. Fuchsii Gmel.): m.
Sakardža in mt. Rh. Bg. (VI, 11 = S. bulgaricus Velen.); Mirica in
S., monastir Sv. Kral in Lulin pl. et Mlekovica in mt. Rh. Bg. (XI, 54
= S. bulgaricus Velen.).

* **Senecio bulgaricus** Velen.

Karaula pr. Jajce in B. (II, 12, S. Fuchsii Gmel. var. Karau-
lensis Form.); m. Sakardža in Bg. (VI, 11, S. Jacquinianus Rehb.);
Mirica in S., monastir Sv. Kral in Lulin pl. et Mlekovica in mt.
Rh. Bg. (XI, 54, S. Jacquinianus Rehb.).

Senecio umbrosus W. Kit.

Vidindo pr. Visoko in B. (II, 13); Liskovica in B. (II, 13,
var. subtuberculatus Borb. in litt.); Mokra in B.!

Senecio thapsoides DC. (Cineraria thapsoides Nym.).

Ochsa Despot in P. Th. (III, 18); Peristeri, Mandra Hodža
in P. Th. (IX, 46).

Specimina in mt. Ochsa Despot et Mandra Hodža lecta in-
volucris phylla fere glabra habent, qualia in subspecie hercegovinica
S. *Visianiano* Papaf. reperimus.

Senecio barbareaefolius Krock. (S. erraticus Bert.).

Velestinos in Th. (III, 18, S. erucaefolius L.); Ristovae in S.,
Ūsküb in M. et Trikala in Th. (III, 18, S. Jacobaea L.); Rumeli-
Kavak in T. e.; Ismid, Alemda et Adampol in As. (IV, 14, S. Ja-
cobaea L.); Ulanca et Bitolia in M. (V, 14); Smolevo, Lubunova
et Bukovo in M. (V, 14, S. Jacobaea L.); Piroto in S. (VI, 11);
Pale, Kerstani et Durazzo in A.; Kanoni, Evropuli et Afra in K.
(VIII, 26); Ali Bey Tepesi ap. Kavaja in A. (VIII, 26, S. tenuifolius
Jacq.); Pale in A. (VIII, 26, S. erucaefolius L.); Mavromandila in
nom. Lamia Th. (X, 34); Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 54, det.

Halácsy); Vodena in M. (XII, 41 et XIII, 197. *S. Jacobaea* L.); Luben pl. in M. (XIII, 197, *S. rupestris* W. Kit. p. p.); Sisek in Croatia (*S. aquaticus* Huds. in sch.); Krupa, Banjaluka, Aginoselo, Kosa pr. Bihać et Vedropolje in B.!

Locus excludendus:

Vodena in M. (XII, 41 = *S. vernalis* W. Kit.).

Senecio Jacobaea L.

Zbilje in B. (I, 16, *S. erucaefolius* L.); Brussa in As. (IV, 14); Bitolia et Lahce in M. (V, 14); Brusnik in M. (V, 14, *S. erucaefolius* L.); Alexinae in S., Kara Bair in Bg. (VI, 11, *S. erucaefolius* L.); Lopatnica in M. (*S. erucaefolius* L.); Jastrebac in S., Lakotambouria in O. th. (IX, 46, *S. erucaefolius* L.); Kerasia Sina in mt. Ch. Th. (X, 34, *S. erucaefolius* L. var. *macrophyllus* Form.); Belovo et Kneževo in Bg. (XI, 53, *S. erucaefolius* L.); Podvelež et Busak pl. in H.!: Krupa, Ključ et Jajce in B. (*S. erucaefolius* L. in sch.).

Loca excludenda:

Ristovac in S., Üsküb in M., Trikala in Th. (III, 18 = *S. barbareaefolius* Krock.); Rumeli-Kavak in T. e.; Adampol, Alemda et Ismid in As. (IV, 14 = *S. barbareaefolius* Krock.); Bitolia, Smolevo, Bukovo, Lubunova in M. (V, 14 = *S. barbareaefolius* Krock.); Vodena in M. (XII, 41 et XIII, 197 = *S. barbareaefolius* Krock.).

Senecio erucaefolius L.

Paračin in S. (V, 14); Gorica ap. Niš in S. (X, 34); Sultanica in Bg. (XI, 53); Banjaluka!, Šehovci, Ulok et Kalinovik in B.; Vinik et Konjska poljana in S. (1892).

Loca excludenda:

Specimina ad Laina, Vodena et in Golešnica pl. collecta caules superne cum calicibus glandulosos habent, qua nota ad var. *adenocalicem* (Koch) accedunt.

* **Stachys menthaefolia** Vis.

Skaljari et Cattaro in D.!

Stachys recta L.

Nevesinje in H. (II, 21, *S. suberenata* Vis. var. *eristachys* Kern., det. Borbás); Glavičin in S. (V, 24); Baba pl. in S. (V, 24, *S. leucoglossa* Grsb.); Leskovnik in S. (VI, 19); Alexinac in S. (VI, 19, *S. suberenata* Vis.); m. Rtanj in S. (VII, 28); Soko Banja in S. (VII, 28, *S. leucoglossa* Grsb.); Gorica ap. Niš in S. (X, 52, *S. leucoglossa* Grsb.); Karaula pr. Jajce, Gradina pr. Velečevo, Maslovare, Dobrnja, Zalin, Gorni Šeher, Krupa, Novi, Vranjska, Kolačka pl., Rutkovo, Vodjenica, Varoš, Zenica, Dugopolje, Vaganac pr. Petrovac, Tunica, Gajevi pr. Surjan, Cikl pr. Sitnica in B.; Sibecki livadi in S. (1889, det. Borbás); Piroć, Tursko brdo ap. Paraćin in S. (1891)!

Specimina nostra maxima ex parte fragmentosa quoad indumentum foliorumque latitudinem omnino satis variant.

Loca excludenda:

Sv. Petka ap. Stanimaka in Bg. (XI, 77 = *S. annua* L.); Lulin pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 77 = *S. leucoglossa* Grsb.).

Stachys recta L. subsp. **rhodopea** Form. 1897 =
S. fragilis Vis. var. **rhodopea** Velen. Fl. bulg., 456.

Belovo in Bg. (XI. 77).

Planta nostra foliis anguste linearibus, spicis brevibus ramisque elongatis, strictis a *S. recta* L. facile dignoscenda; a typica *S. fragili* Vis., quae plerumque glabriuscula, indumento hirtulo (totius plantae) differt. Stirps haec in montibus Bulgariae, ut videtur, vulgaris.

Stachys recta L. var. **opaca** Form. 1897.

Milevi skali in mt. Rh. Bg. (XI. 77); val. Elidere, Ostree in mt. Rh. Bg. (XI. 77, *S. leucoglossa* Grsb.).

Specimina nostra fragmentosa vel putatione deformata ob folia oblonga vel oblongo-lanceolata, calices parvos dentesque eorum subaequales ad *S. rectam* L. spectant, a qua indumento dense et patentim hirsuto-cano vel cinereo discrepant. Qua nota varietas haec *S. patulam* Grsb. revocat, ubi calices duplo maioresveniunt.

Stachys ramosissima Rochel.

Indicatur ad Vedropolje in B. (II, 21, det. Borbás); specimina in herbario nostro non occurrunt. Stirps banatica, quam in herbario beati Freyn comparo, a speciminibus ramosis *S. rectae* L., quae saepe in Bosniaveniunt, glabritie totius plantae differt.

Stachys Karstiana Borb.

Indicatur in B. (II, 21); specimina ita determinata in herbario nostro non vidi.

Stachys fragilis Vis.

Üsküb in M. (III, 29, det. Halácsy); Demir Kapu in M. (1891)!

S. patula Grsb., de qua (l. c.) mentio facta, ob villositatem totius plantae, folia latiora calicesque dentibus longioribus longius aristatis insignes cum stirpe nostra non confundenda.

* **Stachys fragilis** Vis. var. **rhodopea** Velen.

Belovo in Bg. (XI, 77, *S. recta* L. subsp. *rhodopea* Form.); Stanimaka in Bg. (XI, 77, *S. leucoglossa* Grsb.; cum adnotatione: „f. *polyramosa*“); Bunardžik, Džemdem Tepe et Sat Tepe in Bg. (1897, *S. leucoglossa* Grsb. in sch.).

* **Stachys patula** Grsb.

(? *S. sideritoides* (C. Koch).

Baba pl., Suho polje pl. in M. (VII, 28, *S. recta* L. β) *sideritoides* Boiss.); Galičica pl. in M. (XII, 66, *S. plumosa* Grsb. var. *ottomanica* Form. p. p.).

Specimina nostra in descriptionem originalem (Grisebach, Spicileg. II, 142) bene quadrant. Dentes calicini in aristas tenues, non pungentes, longas producti. In speciminibus e Baba pl. calices pilis glanduligeris conspersos reperio.

Stachys subcrenata Vis.

Podvelež pr. Mostar in H. (II, 21).

Loca excludenda:

Nevesinje in H. (II, 21, var. = *S. recta* L.); Alexinac in S. (VI, 19 = *S. recta* L.).

Stachys leucoglossa Grsb.

Lulin pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 77, *S. recta* L.).

Ad *S. rectam* L. specimina e locis sequentibus spectant:

Baba pl. in S. (V, 24); Soko Banja in S. (VII, 28); col. Gorica ap. Niš in S. (X, 52); Elidere, Ostrec in Bg. (XI, 77 = var. *opaca* Form.).

* **Stachys anisochila** Vis. & Panč.

Vareš in B. (*S. recta* L. in sch.).

Stachys anisochila Vis. & Panč. var. **atrichocalix** Borb.

Vareš in B. (II, 21, det. Borbás).

Calice glabro a typo diversa.

Stachys anisochila Vis. & Panč. subsp. **žepčensis**

(Form. p. sp.).

M. Orlovik ap. Žepče et in saxosis apricis ap. Pribinić in B. (I, 30); Brankovac in B.

Planta nostra calicis forma in affinitatem *S. anisochilae* Vis. & Panč. spectat. Calix enim conspicue bilabiatus, dentes labii superioris hic et inde subconnati, ut in planta typica, quam e multis locis bosniacis comparo. Caulibus crebre ramosissimis, foliis parvis et praecipue indumento multo parcioire, fere nullo ab ipsa discrepat. Varietas *atrichocalix* Borbás a planta typica solum calice glabro diversa.

Subspeciem hanc, cuius specimina satis fragmentosa in herbario nostro occurrunt, ulteriori observationi commendo.

Stachys angustifolia MB.

Kerečkői in M. (III, 29); Bitolia, Slivnica (Smolevo in sch.) in M. (V, 24); Patsios in O. th. (IX, 70); Kerečkői et Vodena in M. (XII, 65); Hagios Athanasios, m. Karaman pr. Vodena (leg. Kindl) in M. (XIII, 212); Lopatnica in M. (1893).

Stachys Iva Grsb.

Gradsko (det. Halácsy), Demir-Kapu, Pletvar in M. (V, 24); Demir-Kapu, Blatec pl. in M. (IX, 70); Mirčevica pl. in M. (IX, 72). *Sideritis scardica* Grsb. p. p.); Gorničova pl. in M. (XII, 65); Doxa, Kaimakčalan in M. (XIII, 212); Čeganska pl., Nidje in M.

Stachys Iva Grsb. var. **canescens** Form. (in scheda).

Momena čuka pl. in M. (IX, 70, pro typ.); Pržigrad pl., Duđica pl., Momena čuka pl. in M. (XII, 65, *S. elegans* Form.).

Specimina e hisce locis parum robustiora sunt et a planta typica, quae dense tomentoso-candida, indumento minus dense tomentoso, canescente differunt.

Stirps nostra, ut opinor, formam umbrosam sistit.

Stachys elegans Form. 1893 == **Sideritis Roeseri**

Boiss. & Heldr.

Petrina pl. in M. (VII, 28).

Specimina nostra e genere *Stachys* excludenda, ut iam e diagnosi originali patet. Typica *Sideritis Roeseri* Boiss. & Heldr. a stirpe nostra nulla nota discrepat.

In comment. XII, 65 descriptio originalis amplificatur.

Specimina e Pržigrad pl., Dudiica pl. et Momena čuka pl. in M. ibi enumerata a stirpe antecedente toto caelo diversa et ad *S. Ivam* Grsb. referenda. cuius varietatem minus dense tomentosam exhibent. Plantam hanc Dr. Formánek ipse pro *S. Iva* Grsb. var. *canescente* Form. habuit (in scheda!).

Leonurus Cardiaca L.

Govrica in E. (VIII, 36, det. Halácsy); Drziu in M. (XII, 68).

Loca excludenda:

Adrianopolis in T. e. (IV, 25 = L. Marrubiastrum L.); Golemo Crsko in M. (XIII, 213 = L. Marrubiastrum L.).

* **Leonurus Marrubiastrum L.** (Chaiturus Marrubiastrum Rehb.).

Adrianopolis in T. e. (IV, 25, L. Cardiaca L.); Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 74, *Lycopus europaeus* L.); Golemo Crsko in M. (XIII, 213, L. Cardiaca L.); Počitelj in H. !; Lipovac in S. (*Lycopus europaeus* L. in sch.).

Phlomis fruticosa L.

Koryza pr. Volo in Th. (III, 30); col. Ardomista ap. Janina in E. (VIII, 36); Pharsalos in Th. (IX, 71); Ragusa in D. (1887)!; Kephalomanduchion, Kanali et Stratia in K. (1894).

Phlomis samia L.

Mt. Ossa in Th. (III, 30, *Ballota rupestris* Vis.); m. Pelion Tafilvrís, Lakotambouria in Olympo et mt. Ossa in Th. (IX, 72); m. Korthiati in M. (XII, 68).

Phlomis pungens W.

Demir-Kapu in M. (III, 30); Gradsko, Rosomani in M. (VII, 30); Persephle, Pharsalos et Larissa in Th. (IX, 72).

* **Phlomis pungens** W. var. **hirta** Velen.

Suppl. Fl. bulg., p. 232.

Mojna, Armatuš in M. (VII, 30, pro typ.); Maglenci in M. (1893, pro typ. in sch.).

Ballota nigra L. (B. foetida Lam.).

Krupa in B. (I, 31); Novi, Tunica, Bihać in B. (II, 21); Hadžibarica pl. in M. (IX, 71, var. recurva Form.); Ostree in mt. Rh. Bg. (XI, 78); Beleš pl., Strmo pl. in M. (XIII, 213); Mičikeli in E. (1894)!; Logorište in S. (1895, Teucrium Chamaedrys L. in sch.); Kale in mt. Rh. Bg. (1897, Nepeta Cataria L. in sch.); Vodena!, Gorničova pl.! et Hagios Athanasios in M.

Loca excludenda:

Podbrdje, Rujevica, Dabovci, Žabljak in B.; Vrabac pr. Konjica, Domanović in H. (I, 31, var. = *Melissa officinalis* L.); Velečevo in B. (II, 21 = *Melissa officinalis* L.).

Ballota nigra L. var. **sericea** m.

Patsios in O. th. (IX, 71, B. rupestris Vis., det. Halácsy); m. Korthiati in M. (XII, 67, Marrubium vulgare L.); Gorničova pl. in M.!

Caules elati usque 7 dm alti, stricti, simplices, dense breviterque pubescentes. folia acuta plerumque angustiora, acutius dentata, superne viridia satis dense pubescentia, subtus pallidiora densissime sericeo-pubescentia. Calices dense glanduloso-pilosi.

B. velutina E. Pospíchal*) istriaca est planta pumilior 2—3 dm alta, caules eius crassi, suffruticosi, superne cano-tomentosi, folia obtusa, velutino-tomentosa.

Ballota nigra L. var. **recurva** Form. = **B. nigra** L. typ.

Hadžibarica pl. in M. (IX, 71).

Specimina fragmentosa a typica *B. nigra* L. non differunt.

Ballota acetabulosa Bth.

Pelion in Th. (IX, 71); col. Philippapus pr. Athenas (XIV, 79).

*) Flora des oesterr. Küstenlandes. II. Bd. 2. Hälfte, pag. 599.

Ballota rupestris Vis.

Podvelež pr. Mostar in H. (I, 31); Busak pl. pr. Mostar in H. (II, 20).

Loca excludenda:

Mali Velež pr. Nevesinje in H. (II, 20 = *Calamintha grandiflora* Mch.); mt. Ossa in Th. (III, 30 = *Phlomis samia* L.); Olympus bithynus (IV, 25 = *Phlomis* sp.); Micikeli in E. (VIII, 36 = *B. macedonica* Vandas); Patsios in O. th. (IX, 71 = *B. nigra* L. v. *sericea* Vandas); Gorničova pl., Galičica pl. in M. (XII, 68 = *B. macedonica* Vandas).

Ballota macedonica Vandas. *)

Caulibus basi induratis, ascendentibus, flexuosis, simplicibus, rarius breviter ramulosis, ca. 20—40 cm altis, pilis albis longis brevibusque glanduligeris setuloso-hirsutis, foliis breviter petiolatis, sat parvis, ca. 3 cm longis, 2 cm latis, cordato-triangularibus, superne viridi-canescens, stellatim hirtis, inferne pulchre tomentoso-candidis, in margine crebre crenato-dentatis, floralibus verticillastra superantibus vel adaequantibus, verticillastris multifloris, densissime compactis, approximatis, calicibus (tubus cum dentibus ca. 7—8 mm longus) obconice campanulatis, cum bracteis lanceolato-linearibus, apice vix dilatatis in spinulam brevem sensim acuminatis eisque parum brevioribus pilis albis stellatis dense conspersis, quasi farinulentis, dentibus breviter triangularibus in spinulam brevem patulam vel reflexam abeuntibus, cum arista ca. 1½ mm longis, corollis carneis tubo calice exserto.

Micikeli in E. (VIII, 36, *B. rupestris* Vis.); Gorničova pl., Galičica pl. in M. (XII, 68, *B. rupestris* Vis.).

B. rupestris Vis. a planta nostra differt caulibus saepe ramosis, foliis maioribus, tenuioribus, cordato-ovatis, inferne canescens nec pulchre tomentoso-candidis, verticillastris multifloris, laxifloris, bracteis basi angustis, apicem versus spathulato-dilatatis, in spinulam longiorem abrupte abeuntibus, cum calicibus minus dense stellato-hirsutis ideoque laete viridibus, calicibus multo

*) Novae plantae Balcanicae in „Ungar. botan. Blätter“. 1905, pag. 112.

longioribus (tubus cum dentibus ca. 10 mm longus), sub
 gauce minus dense barbata non constrictis, obovatis.

Marrubium vulgare L.

Jajce, val. fl. Drina pr. Brod in B. (II, 21, M. pannonicum
 Rehb.); Karlovo in Bg. (IV, 25); Glavičin, Juor in S. (V, 25); Ich-
 timan in Bg. (VI, 19); Petrina in M. (VII, 30); Janina in E. (VIII,
 36); Pržigrad pl. in M., Trikala in Th. (IX, 71); Momena čuka pl.
 in M. (IX, 71, M. candidissimum L.); Moštanica in B.!; Trebevič
 pr. Sarajevo in B. (M. pannonicum Rehb. in sch.); Niš in S.;
 Velitsena in P. (1889)!; Üsküb in M. (1891).

Locus excludendus:

M. Korthiati in M. (XII, 67 = *Ballota nigra* L. var. *sericea* Vs.).

Marrubium vulgare L. var. apulum Ten.

Konjica in H. (I, 31, M. candidissimum L. p. p.); Karlovo
 in Bg. (IV, 25, cum typo); Kavaja in A., Han Balduma in E.
 (VIII, 36, M. candidissimum L.); Velestinos in Th., Milouna in O.
 th. (IX, 71, M. candidissimum L.); m. Korthiati in M. (XII, 67,
 M. pannonicum Rehb.); Ulanca in M. (1891)!; Kalabaka in Th.
 (1895)!; Saloniki in M.!

Marrubium pannonicum Rehb. (M. remotum W. Kit.).

Milouna et Patsios in O. th. (IX, 69, *Nepeta Spruneri* Boiss.);
 Gorica pr. Niš in S. (1889)!

Loca excludenda:

Jajce, val. fl. Drina pr. Brod in B. (II, 21 = M. vulgare L.);
 m. Korthiati in M. (XII, 67 = M. vulgare L. var. *apulum* Ten.).

Marrubium peregrinum L.

Üsküb, Demir-Kapu, Saloniki, Kerečköi in M.; mt. Ossa in
 Th. (III, 30); Karlovo in Bg., col. Chaduma pr. Adrianopolin in
 T. e., Tschekirge in As. (IV, 25); Gradsko, Ulanca, Pletvar, lac.
 Presba in M. (V, 25); Piroto in S. (VI, 19); Trstenik, Kruševo,
 Baba pl., Ostrec in M. (VII, 30); col. Bilik pr. Janina, m. Mičikeli
 in E. (VIII, 36); Korona in mt. Ag., Kucuro in Th. (X, 53); Ma-

vromandila in Th. (1894); Sv. Dimitri, val. Elidere in mt. Rh. Bg. (1897); Balia pl. in M. (1898); Gorica pr. Niš in S.; Krklino et Demirhissar in M.

Marrubium candidissimum L.

Col. Glavići pr. Konjica (p. p.), Podvelež pr. Mostar et Blagaj in H. (I, 31); Hum pr. Mostar in H. (II, 21).

Loca excludenda:

Konjica in H. (I, 31, p. p. = *M. vulgare* L. var. *apulium* Ten.); Kavaja in A., Han Balduma in E. (VIII, 36 = *M. vulgare* L. var. *apulium* Ten.); Momena čuka pl. in M. (IX, 71 = *M. vulgare* L.); Velestinos in Th., Milouna in O. th. (IX, 71 = *M. vulgare* L. var. *apulium* Ten.); Rapsani in O. th. (IX, 71 = *M. thessalum* B. & H.).

Marrubium velutinum S. S.

M. Peristeri supra Chaliki in P. (IX, 71, *M. Frivaldskyanum* Boiss.); mt. Ossa in Th. (1896, *M. candidissimum* L. in sch.).

Marrubium Frivaldskyanum Boiss.

Zygos et Dokimi in P. (IX, 71); Narečen in mt. Rh. Bg. (1897).

Loca excludenda:

M. Peristeri supra Chaliki in P. (IX, 71 = *M. velutinum* S. S.); Lakotambouria et Godaman in O. th. (IX, 71 = *M. thessalum* B. & H.).

Marrubium thessalum Boiss. & Heldr.

Lakotambouria et Godaman in O. th. (IX, 71, *M. Frivaldskyanum* Boiss.); Rapsani in O. th. (IX, 71, *M. candidissimum* L.).

Sideritis Roeseri Boiss. & Heldr.

Petrina pl. in M. (VII, 28, *Stachys elegans* Form.); m. Pelion (det. Halácsy). Baba et Klinovo in P. (IX, 72); Pirgo, Alafovris in mt. Ot. Th. (X, 53); Petrina pl., Lejskovec in M. (XII, 68, *S. scardica* Grsb.); Čeganska pl. in M.

Sideritis scardica Grsb.

Mirčevica pl. in M., Godaman (det. Halácsy) in O. th. (IX, 72); Olympus thessalus (1900); Čeganska pl. in M.

Specimina in m. Baba pl. (IX, 72). m. Doxa, Luben pl. (XIII, 213) et Čeganska pl. in M. lecta. quae ut opinor. prolem hybridam inter *S. scardicam* Grsb. et *S. Roeseri* B. & H. sistunt, spicis longis, conspicue interruptis, foliis floralibus longioribus, longius acuminatis calicibusque dense glandulosis *S. Roeseri* B. & H. similia. In planta typica e Mirčevica pl. et Olympo calices ca. 12 mm longos observo (tubus calicis 6 mm, dentes 6 mm longi); totus flos ca. 13 mm longus, corolla igitur calice vix longior. In specimine e m. Godaman in O. calices minores, 8—10 mm longi, (tubus 4—5 mm, dentes 4—5 mm longi); totus flos 11—13 mm longus, corolla igitur ca. 2—3 mm exserta. In speciminibus ad Čeganska pl. in M. lectis calices ca. 9—10 mm longi (tubus 5—6 mm, dentes 4 mm longi); totus flos ca. 15 mm longus, corolla igitur longius exserta (4—5 mm). Consentio cum Dre de Wettstein,*) in planta nostra flores dimorphos provenire.

Loca excludenda:

Petrina pl., Lejskovec in M. (XII, 68 = *S. Roeseri* B. & H.).

Sideritis romana L.

Metković in H.; Cattaro, Dobrota, Skaljari in D. (II, 21); Set. Giov. di Medua in A.; col. Skaflaky pr. Prevesa, Mytikas in E. (VIII, 36, *S. montana* L.); Trikala in Th. (IX, 72, *S. montana* L.); Lamia in Th. (X, 53); col. Philippapos pr. Athenas (XIV, 79, leg. Leonis).

* **Sideritis purpurea** (Talb.) Bth.

Kanali in K. (VIII, 36, *S. montana* L.).

Sideritis montana L.

Glavičin in S., Gradsko in M. (V, 26); Pletvar, Baba pl., Černičani, Armatuš in M. (VII, 30); Velestinos, Drepani in Th.; Milouna in O. th. (IX, 72); Kerečkoi in M. (XII, 68); Demirhissar, Karaferia, Xerolivadon, Vodena in M. (XIII, 213); Podvelež pr. Mostar in H.!: mt. Rhodope in Bg. (1892).

*) Beitrag zur Flora Albaniens. Bibliotheca botanica (Heft 26). Cassel 1892, pag. 85.

Loca excludenda:

Set. Giov. di Medua in A.: col. Skafilaky pr. Prevesa, Mytikas in E. (VIII, 36 = *S. romana* L.); Kanali in K. (VIII, 36 = *S. purpurea* Bth.).

Sideritis remota d'Urv.

Attica ad Callitheatum (XIV, 79, leg. Leonis).

Nepeta violacea Vill. (*N. pannonica* Jacq.).

Ivan pl. (det. Vukotinović) in B., Vrabac pr. Konjica in H. (I, 29); Studena, Banja in S. (III, 29); Kara Bañr ad Ichtiman in Bg. (VI, 19); Trstenik in M. (VII, 28); Pržigrad pl., Blatec pl. in M. (IX, 69); Mavrika in mt. Ot. Th. (X, 51); val. Elidere in mt. Rh. Bg. (XI, 76); val. Elidere in mt. Rh. Bg. (XI, 76, *N. Cataria* L. var. *longiflora* Form.); m. Korthiati in M. (XII, 64, det. Halácsy); m. Doxa in M. (XIII, 212); Prača, Gorjevac, Smoljana, Trebević pr. Sarajevo in B.; Nevesinje in H.; Drenovo in mt. Rh. Bg. (1897).

Locus excludendus:

Gradsko in M. (V, 23 = *Calamintha nepetoides* Jord.).

Nepeta Cataria L.

Krupa, Iližde in B., Faletiši, Podvrabac pr. Konjica (det. Vukotinović) in H. (I, 29); Vodena in M. (V, 23); Trstenik in M. (VII, 28); Ephemiades in E. (VIII, 36); Momena čuka pl. in M. (IX, 69); Drziu in M. (XII, 64); Xerolivadon in M. (XIII, 212); Ūskūb dagh in M. (1891).

Nepeta Cataria L. var. **longiflora** Form. 1897 =

N. pannonica Jacq.

Val. Elidere in mt. Rh. Bg. (XI, 76).

Cum typica *N. pannonica* Jacq. optime conveniens.

Nepeta Sibthorpii Bth.

Specimina plantae ad Milouna et Patsios in O. th. indicatae (IX, 69) ad *N. parnassicam* H. & S. referenda.

Nepeta parnassica Heldr. & Sart.

Milouna in O. th. (IX, 69, N. Sibthorpii Bth., det. Halácsy);
Patsios in O. th. (IX, 69, N. Sibthorpii Bth.).

Nepeta Spruneri Boiss.

M. Mičikeli in E. (VIII, 36, det. Halácsy); Gorničova pl. in
M. (XII, 64).

Loca excludenda:

Milouna, Patsios in O. th. (IX, 69 = Marrubium pannonicum Rehb.).

* **Glechoma hirsuta** W. Kit.

Borja pl. in B.!

Hyssopus officinalis L. var. **pilifer** Grsb.

Busak pl. in H. (II, 20, pro typico det. Borbás); m. Les-
kovnik in S. (VI, 18, det. Halácsy); Suho polje pl. in M. (XIII,
211, det. Halácsy).

Melissa officinalis L.

Podbrdje, Rujevica, Dabovci, Žabljak, Doboj in B., Vrabac
pr. Konjica, Domanović in H. (I, 31, Ballota nigra L. var. urticae-
folia Ort., det. Vukotinović); Velečevo pr. Ključ in B. (II, 21,
Ballota nigra L.); D. Šeher, Karanovac. Krmine, Aginoselo, Kmur
in B. (II, 20); Kerečkoi in M., Velestinos. Velitsena in Th. (III, 29);
Böjök-Dere in T. e., Beikos in As. (IV, 24); Bukovo in M. (V, 23);
Ostrec in M. (VII, 28); Balia pl. in M. (IX, 68); Kastri in Th.
(X, 51); Koniskos in Th. (X, 54, Teucrium scordioides Schreb.);
Laina, Vodena, Ošlan in M. (XII, 63); Beleš pl., Karaferia in M.
(XIII, 211); Han Bravsko, Hašani, Varoš! in B.; Cattaro in D.;
Pržigrad pl. in M. (1895, det. Halácsy).

Loca excludenda:

Flora pl. in M., Koturi in P. Th. (IX, 68 = Salvia Sclarea L.).

Clinopodium vulgare L. (Calamintha Clinopodium Bth.).

M. Peristeri in M. (VII, 28, pro f. aggregata Form.); Balia pl.,
Flora pl. in M. (IX, 68); Kaimakčalan in M. (XIII, 211); m. Pen-

telicon Atticae (XIV, 79, leg. Leonis); Zalin in B.; Bukovo in M. (1893); Hadžibarica pl. in M. (1898).

Clinopodium vulgare L. f. **glabratum** m.

Inflorescentia ob tubos calicinos eum bracteis brevissime puberulos, pilis longioribus vix conspersos glabrata apparet.

Balia pl. in M. (1898, ? *Origanum vulgare* L. in sch., det. Halácsy).

Calamintha Clinopodium f. **aggregata** Form. 1893 =
Clinopodium vulgare L. typ.

M. Peristeri in M. (VII, 28).

Specimen unicum a typico *C. vulgari* L. non discedit.

Calamintha grandiflora Meh.

Mali Velež pr. Nevesinje in H. (II, 20); Olympus bithynus (IV, 24); Trstenik, Petrina pl. in M. (VII, 28); Flora pl. in M., Zygos in P. Th. (IX, 69); Phlambures, Mitrica in mt. Ch. Th. (X, 51); Momena čuka pl., Petrina pl., Galičica pl. in M. (XII, 64); Bara pl., Beleš pl., Xerolivadon in M. (XIII, 211); Chaliki in P. Th. (1892); Slivnica in M.!

* **Calamintha grandiflora** Meh. var. **glabrata** m.

Debri Janica pl. in M. (XIII, 211, pro typica).

Tota planta glabrata, nec patule pubescens. Pili longi ad caules petiolosque sparsissimi.

Calamintha officinalis Meh.

(*C. silvatica* Bromf.).

Dubovik turski, Hašani (det. Freyn), Sasina, Stratinska, Bistrica, Žabljak (det. Vukotinović), Dobož (det. Vukotinović), Iidže, Faletiši pr. Sarajevo in B. (I, 29); val. fl. Miljacka, Goražda (typica!) in B. (II, 20); Studena in S.; Han Kuklëus in val. fl. Peneios Th. (III, 29); Visoko Tepe, Kara Bañr ad Ichtiman, Kostenecka Banja in Bg. (VI, 18); Kavaja in A. (VIII, 36, *C. Nepeta* Savi); Phlambures, Mitrica in mt. Ch., Sermenikon in mt. Ag. Th. (X, 51); Lulin pl., val. Elidere in mt. Rh. Bg. (XI, 75); m. Kor-

thiati. Drziu in M. (XII, 64); Novi. Vranjska. Tunica. Stari majdan. Bihać. Karaula pr. Jajce. Vedropolje!, Dragoraj in B.; Vrabac pr. Konjica in H.; Dobrola in D.; Narečen et Drenovo in mt. Rh. Bg. (1897); Selea pl. in M. (1898).

Loca excludenda:

Kalabaka in Th. (III, 29 = *C. thessala* Hausskn.); Dolenci, Gobeš, Petrina, Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 28 = *C. nepetoides* Jord.); Hadžibarica pl., Pržigrad pl., Dudiica pl. in M. (XII, 64 = *C. nepetoides* Jord.); Karaferia in M. (XIII, 211 = *C. nepetoides* Jord.).

Calamintha adscendens Jord.

Planta vera in herbario nostro non occurrit.

Loca excludenda:

Konjica in H. (I, 29 = *C. Nepeta* Savi); Mostar in H. (II, 20 = *C. Nepeta* Savi); Demir-Kapu in M. (III, 29 = *C. nepetoides* Jord.).

Calamintha Nepeta Savi.

Glavići, Počitelj, Podvelež pr. Mostar (det. Vukotinović), Stolac, Ljubinje, Trebinje (det. Vukotinović), Bilek in H. (I, 29); Konjica in H. (I, 29, *C. adscendens* Jord., det. Vukotinović); Mostar in H. (II, 20, *C. adscendens* Jord.); Bőjök-Dere, Constantinoopolis (det. Borbás) in T. e. (IV, 24); Set. Giov. di Medua, Durazzo in A.; Kerkyra in K.; Prevesa, Mičikeli in E. (VIII, 36); Pelion et Velestinos in Th. (IX, 69); Agria, Kataphygi in mt. Ag. Th. (X, 51); Zara!, Spalato!, Sebenico! et Ragusa in D. (1887); Metković in H.

Loca excludenda:

Sadovica, Hagia Paraskevi in E. (VIII, 36 = *C. nepetoides* Jord.); Kavaja in A. (VIII, 36 = *C. officinalis* Mch.); Rapsani in O. th. (IX, 69 = *C. nepetoides* Jord.); Dragomanci, Strupina in M. (XIII, 211 = *C. nepetoides* Jord.).

* **Calamintha nepetoides** Jord.

Demir-Kapu in M. (III, 29, *C. adscendens* Jord.); Gradsko in M. (V, 23, *Nepeta pannonica* Jacq.); Dolenci, Gobeš, Petrina, Bukovo pr. Ochrida in M. (VII, 28, *C. silvatica* Bromf.); Sadovica. monastir Hagia Paraskevi in E. (VIII, 36, *C. Nepeta* Savi); Ra-

psani in O. th. (IX, 69, *C. Nepeta Savi*); Hadžibarica pl., Pržigrad pl., Dudiica pl. in M. (XII, 64, *C. silvatica Bromf.*); Karaferia in M. (XIII, 211, *C. silvatica Bromf.*); Dragomanci, Strupina in M. (XIII, 211, *C. Nepeta Savi*); col. Bilik pr. Janina in E. (1894)!; Flora pl. in M. (1895, *C. Nepeta Savi* in sch.); Došnica reka in M. (*C. officinalis Mch.* in sch.).

Indumentum, corollarum magnitudo pedicellorumque longitudo magnopere variant.

* ***Calamintha thessala*** Hausskn.

Kalabaka in Th. (III, 29, *C. silvatica Bromf.*).

Calamintha patavina Jacq.

Ravno Buče. Grob. Golemi kamen. Sibecki livadi in Suha pl. S. (III, 29, *C. alpina Lam.*); Demir-Kapu, Bitolia (det. Halácsy); Kazania (det. Halácsy) in M. (V, 23); Kneževo in Bg. (VI, 19); Lopatnica in M. (VII, 27, *C. suaveolens Boiss.*); Bara pl. in M. (IX, 69, *C. suaveolens Boiss.*); Hadžibarica pl., Pržigrad pl., Abdi Pascha Han. Selca pl. in M. (XII, 64); Radnja, Beleš pl., Hagios Athanasios in M. (XIII, 211); Ošan, Žervansko brdo, Orehovska pl. in M. (1898).

Loca excludenda:

M. Leskovnik in S. (VI, 19 = *C. Acinos Clairv.*); Midžor in S. (XI, 76 = *Thymus ovatus Mill.*); Belovska, Lažene (p. p.) in Bg. (XI, 76 = *C. Acinos Clairv.*); Lažene (p. p.), Kamenicka pl. in Bg. (XI, 76 = *C. graveolens Benth.*); Čeganska pl. in M. (XII, 64 = *C. graveolens Benth.*); Xerolivadon in M. (XIII, 211 = *C. graveolens Benth.*).

Calamintha suaveolens Boiss.

Gradsko in M. (V, 23); Koryza, Pharsalos, Trikala, Drepani, Milouna, Patsios, Rapsani in O. th. (IX, 69); Momena čuka pl., Kerečkői, Vodena in M. (XII, 64); Demirhissar, Karaferia, Xerolivadon in M. (XIII, 211); Demir-Kapu in M. (1891); Sat Tepe in Bg. (1897).

Loca excludenda:

Peristeri in M. (V, 23 = *C. alpina Lam.*); Sakardža in mt. Rh. Bg. (VI, 19 = *C. Acinos Clairv.*); Lopatnica in M. (VII, 27 = *C.*

patavina Jacq.): Momena čuka pl. in M. (IX, 69 = C. Acinos Clairv.); Bara pl. in M. (IX, 69 = C. patavina Jacq.); Hadžibarica pl. in M. (IX, 69 = C. graveolens Benth.).

* **Calamintha suaveolens** Boiss. f) **viridis**

Heldr. & Hausskn.

Vlachava in Th. (X, 51, pro typ.; parvum fragmentum).

Calamintha alpina Lam.

Peristeri in M. (V, 23, C. suaveolens Boiss.); Kaimakčalan in M. (XII, 64 et XIII, 211); Žepče in B. !; Podvelež et Dumoš pl. in H. !

Loca excludenda:

Ravno Buče, Grob, Golemi kamen, Sibecki livadi in S. (III, 29 = C. patavina Jacq.); m. Karava in mt. Ag. Th. (X, 51 = Thymus teucrioides B. & Spr.).

* **Calamintha alpina** Lam. var. **pentelica** Hausskn.

M. Pentelicon Atticae (XIV, 79, C. graveolens MB., det. Halácsy).

Calamintha Acinos Clairv.

Rujevica pr. Alexinac in S.; Vladaja, Kneževo, Kosteneč in Bg. (VI, 19); m. Leskovnik in S. (VI, 19, C. patavina Jacq.); Sadržža in mt. Rh. Bg. (VI, 19, C. suaveolens Boiss.); Momena čuka pl. in M. (IX, 69, C. suaveolens Boiss. p. p.); Belovska pl., Lažene (p. p.) in mt. Rh. Bg. (XI, 76, C. patavina Jacq.); Eksisu in M. (XII, 64); Vrbanja, Sasina, Sitnica, Krupa, Lipnik, Glog et Trebević pr. Sarajevo! in B.; Busak pl. in H.; Sultanica in mt. Rh. Bg. (1897, C. rotundifolia Rehb. in sch.).

Loca excludenda:

Vodena ap. Üsküb in M. (V, 23 = C. patavina Jacq.); Ostrovo in M. (XII, 64 = Echinosperrnum Lappula Lehm.); Lamia in Th. (X, 51 = Mentha silvestris L. v. minutiflora Borb.; parvum fragmentum).

Calamintha graveolens (MB.) Benth.

Hadžibarica pl. in M. (IX, 69, C. suaveolens Boiss.); Lažene (p. p.), Kamenicka pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 76, C. rotundifolia Rehb.);

Čeganska pl. in M. (XII, 64. *C. patavina* Jacq.); Xerolivadon in M. (XIII, 211. *C. patavina* Jacq.).

Locus excludendus :

M. Pentelicon Atticae (XIV, 79 = *C. alpina* Lam. δ) pentelica Hausskn.).

* **Micromeria Frivaldskyana** Degen (*M. balcanica* Velen.).

Karlovo in Bg. (IV, 25, *Calamintha thymifolia* Host).

Micromeria rupestris Bth. (*Calamintha thymifolia* Rehb.).

Vareš (det. Vukotinović), val. fl. Miljacka pr. Sarajevo, Ilidže, Faletiši in B. (I, 29); Ključ, Šehovci, Gor. Šeher, Novoselje, Dabelo brdo (det. Vukotinović) et Hreša pr. Sarajevo, val. fl. Drina pr. Brod in B.; Morinje pl. in H.

Locus excludendus :

Karlovo in Bg. (IV, 25 = *M. Frivaldskyana* Degen).

Micromeria dalmatica Bth. (*Calamintha organifolia* Vis.).

Dobrota! et Skaljari pr. Cattaro (*C. thymifolia* Rehb. in sch.) in D.

Loca excludenda :

Kale et Narečen in val. Čepelarska reka mt. Rh. Bg. (XI, 75 = *M. bulgarica* Velen.); Demirhissar in M. (XIII, 211 = *M. bulgarica* Velen.).

Micromeria bulgarica Velen.

Kale et Narečen in val. Čepelarska reka mt. Rh. Bg. (XI, 75. *M. organifolia* Vis.); Demirhissar in M. (XIII, 211, *M. organifolia* Vis.); in supremo itinere ad fl. Usunža in M. a Dre Formánek lecta.

A *M. dalmatica* Bth. caulibus patentim longiusque crispule pubescentibus, foliis pagina superiore breviter pubescentibus, calicis laciniis porrectis eiusque fauce hirsuta specificè diversa.

Micromeria graeca Bth.

Specimina ad Jeni-Mahale in T. e. lecta, a Dre Halácsy determinata ad *M. myrtifoliam* Boiss. et Hohen. spectant.

Micromeria graeca Bth. var. **villicaulis** Borb. in litt.

Kanali in K. (VIII, 35).

A planta typica caulibus, foliis calicibusque pilis longioribus subpatentibus pubescenti-villosis discrepat. Folia parum angustiora et longiora.

Micromeria cristata Grsb.

Vis breg pr. Sičevo et Jelašnica in S.; Demir-Kapu in M. (III, 28); Demir-Kapu, Flora, Hadžibarica pl., Mirčevica pl. in M. (IX, 68); Flora pl., Pržigrad pl., Dudiica pl. in M. (XII, 63); m. Kaimakčalan in M. (XIII, 211).

In speciminibus macedonicis indumentum satis variabile; plantae ad Demir-Kapu et Kaimakčalan lectae parce pubescentes sunt, plantae e Flora et Hadžibarica pl. formam **canescentem** m. sistunt.

Loca excludenda:

Baba pl. ap. Cer in M. (VII, 28 = M. juliana Bth.); Kerečkoi in M. (XII, 63, M. juliana Bth.); Lubnica pl., Han Dervent, Vodena et Ošlan in M. (XII, 63 = M. juliana Bth. var. *canescens* (Guss.)); Demirlissar, Postran, Karaman pr. Vodena in M. (XIII, 211 = M. juliana Bth.); Strupina in M. (XIII, 211 = M. juliana Bth. var. *canescens* (Guss.)).

Micromeria cremnophila Boiss. & Heldr.

Kalabaka (det. Halácsy), Malakasi in P. Th. (III, 29); Kalabaka in Th. (IX, 68); Kastri, Metochi Varlani pr. Vlachava in Th. (X, 50, var. *thessala* Form.).

Micromeria cremnophila B. & H. var. **thessala** Form. =**M. cremnophila** Boiss. & Heldr. typ.

Kastri, Metochi Varlani pr. Vlachava in Th. (X, 50).

A planta typica nulla nota diversa.

Micromeria juliana Bth.

Blagaj in H. (I, 29, *Satureia cuneifolia* Ten.); Hum pr. Mostar in H. (II, 20, *Satureia cuneifolia* Ten.); Olympus in As. (IV, 24, pro var. *myrtifolia* Boiss. det. Freyn); Baba pl. pr. Cer in M. (VII, 28, M. *cristata* Grsb.); Sct. Giov. di Medua, Kavaja in A.; Kerkyra in K.; col. Skafilaky pr. Prevesa, Ephemiades, Sadovica,

monastir Hagia Paraskevi, Govrica, val. fl. Dipotamos in E. (VIII, 35); Volo, Koryza, Pelion, Pharsalos in Th.; Drepani, Milonna et Rapsani in O. th. (IX, 68); col. Burbulitra pr. Volo, Povelci, Kastri, Ghavellu, Neochorion, Neraidori in Th. (X, 50); Kerečkõi in M. (XII, 63, *M. cristata* Grsb.); Demirhissar, Postran, Karaman pr. Vodena in M. (XIII, 211, *M. cristata* Grsb.); Trebinje!, Metković (*Satureia cuneifolia* Ten. in sch.) in H.; Skaljari pr. Cattaro in D. *Satureia cuneifolia* Ten. in sch.); Demir-Kapu et Karaferia in M.!; Skutari in As. (1890)!; Phlambures in mt. Ox. Th. (1894)!

***Micromeria juliana* Bth. var. *canescens* (Guss.).**

Caules patule et dense villosopubescentes. Cum speciminibus siculis omnino identica.

Dervent-Balkan in M. (III, 29, pro typ.); Šik Čafe (pro typ. det. Halácsy), Kavaja (cum typo) in A., Stratia, Analysis, Sect. Joannes, col. Bilik ap. Janina in E. (VIII, 35, pro typ.); Koryza pr. Volo in Th. (IX, 68, cum typo); m. Pirgo in mt. Ot. Th. (X, 50, pro typ.); Lubnica pl., Han Dervent, Vodena, Ošlan in M. (XII, 63, *M. cristata* Grsb.); Strupina in M. (XIII, 211, *M. cristata* Grsb.); Ragusa in D.!

***Micromeria myrtifolia* Boiss. & Hohen.**

Jeni-Mahale in T. e. (IV, 24, *M. graeca* Bth., det. Halácsy); Beikos (det. Freyn), Brussa (det. Freyn), Tschekirge, Ismid dagh (det. Freyn) in As. (IV, 24, pro var. *M. julianae* Bth.).

Specimina huius stirpis ab auctoribus nonnullis (Freyn, Halácsy) pro *M. graeca* Bth. prorsus diversa determinantur. Species nostra in Boissier (Diagn. Ser. I, 5, pag. 19) bene descripta, serius in Fl. or. IV, pag. 570 pro var. *M. julianae* Bth. enumeratur.

M. myrtifolia Boiss. & Hohen. speciem optimam cum *M. juliana* Bth. non contrahendam sistit, quamquam habitus omnino similis. Caules enim conspicue quadranguli, folia inferiora ovata, petiolata, fasciculi florum sessiles, densissimi, folia floralia eis longiora, bracteolae florum dimidia fere minorum latiores, subarcuatae, calices patentim et breviter hirtuli tubulosi sunt, dentes eorum subulati, subpatentes, tubo calicino apice subconstricto, fauce barbatulo fere quadruplo

breviores. Nuculae ovato-oblongae, apice obtusiusculae vel subacutae (non mucronatae).

Stirps in m. Logman Anatoliae a cl. Bornmüller anno 1889 lecta (nr. 650) et a beato Freyn pro *M. graeca* Bth. determinata hucce spectat.

Micromeria croatica Sch. (Calamintha croatica Host).

Konjica in H. (I, 29, det. Vukotinović).

Satureia Thymbra L.

M. Pentelicon Atticae (XIV, 79, leg. Leonis, det. Halácsy).

Satureia cuneifolia Ten.

Podvelež pr. Mostar in H. (I, 29, det. Freyn); Busak pl., Hum pr. Mostar in H. (II, 20); Ragusa in D.; Plandolovi pr. Neum Kula in H. !; Demirhissar in M. (1899)!

Loca excludenda:

Blagaj in H. (I, 29 = *Micromeria juliana* Bth.); Orlovac pr. Mostar in H. (II, 20 = *Micromeria juliana* Bth.); m. Mičikeli in E. (VIII, 35 = *S. montana* L. f. pilosior).

Satureia montana L.

Konjica (p. p.), Jablanica, Počitelj. Podvelež pr. Mostar in H. (I, 29); val. fl. Drina pr. Brod, Bučnik pr. Vlaholje, Ulok in B., Busak pl. in H. (II, 20); Bela Palanka in S. (III, 28); Aspropotamos pr. Chaliki, Velitsena et Kastania in P. (III, 28, *S. pygmaea* Sieb.; forma pilosior); m. Mičikeli in E. (VIII, 35, *S. cuneifolia* Ten.; f. pilosior); Cattaro in D.

Specimina in Epiro et Pindo Th. lecta a planta typica nulla nota graviore differunt nisi indumento parum pilosiore, quale etiam in speciminibus hercegoviniceis a me ad Rakitno anno 1889 lectis observo. Cum *S. pygmaea* Sieb. certissime non identica!

Loca excludenda:

Konjica (p. p.), Plandolovi pr. Neum Kula, Bilek in H. (I, 29 = *S. subspicata* Vis.); Karlovo in Bg. (IV, 24 = *S. Škorpili* Vel.); m. Leskovnik et Soko Banja in S. (VI, 18 = *S. Kitaibelii* Wierzb.); m. Rtanj in S. (VII, 27 = *S. Kitaibelii* Wierzb.).

Satureia variegata Host.

Barkola ad Tergestum (1887. *S. montana* L. in sch.).

Satureia Škorpili Velen.

Karlovo in Bg. (IV, 24. *S. montana* L.).

Satureia Kitaibelii Wierzb. f. **aristata** m.

M. Ostra čuka (Ozren pl. in sch.) in S. (VI, 18, det. Ha-lácsy); m. Leskovnik. Soko Banja in S. (VI, 18. *S. montana* L.); m. Rtanj in S. (VII, 27, *S. montana* L.).

Specimina nostra formam *aristatam* m. sistunt, quae a stirpe banatica foliis superioribus saepe in aristam satis longam abeuntibus dentibusque calicinis longe acuminato-aristatis, tubum calicinum subaequantibus discrepat.

S. montana L. var. *Blavii* Aschers.*) sec. cl. Maly a typica *S. montana* L. aequali modo discrepat.

Satureia tenuis Form. 1898.

Col. Gušet ap. Mojna in M. (XII, 62).

Specimina plantae ita designatae in affinitatem *S. Kitaibelii* Wierzb. spectant. In descriptione (l. c.) calicis dentes falso describuntur: nam subaequales, conspicue aristato-acuminati, tubo calicino parum breviores sunt, quales in forma aristata *S. Kitaibelii* Wierzb. occurrunt. Caules plantae nostrae graciles, tenues, quadranguli, bifariam puberuli et in omnibus speciminibus simplices sunt. folia plerumque angusta lanceolato-lineararia vel lineararia, parte inferiore in margine longe et sparse ciliatula, saepe canaliculata, basin versus sensim angustata, fasciculi floriferi pauci, brevissime pedicellati, pauciflori (1—3-flori). superiores in apice caulis satis approximati, inferiores (1—3) subremoti, foliis floralibus linearibus, basi vix angustioribus conspicue superati. Color corollae forma aequali ac in *S. Kitaibelii* Wierzb. in planta nostra non statuendus.

Notae hic indicatae demonstrant, *S. tenuem* Form. cum *S. Kitaibelii* Wierzb. omnino affinem esse; in ipsa subspeciem huius vel speciem propriam salutare possumus.

*) Oesterr. botan. Zeitschrift. 1907, pag. 158.

Stirps nostra habitu *S. tauricam* Velen. revocat, quae autem glabritie caulis et foliorum perspicue glanduloso-punctatorum, fasciculis florum compositis, multifloris, longius pedicellatis, numerosis, remotis, calicis dentibus tubo duplo brevioribus longe distat.

* **Satureia pisidia** Wettst.

Gorničova pl. et in reg. media et superiore Galicica pl. M. (XII, 63. *S. macedonica* Form.).

Satureia macedonica Form. 1898 =

S. pisidia Wettst.

Gorničova pl. et in reg. media et superiore Galicica pl. M. (XII, 63).

Cum speciminibus a Sintenis et Bornmüller in Olympo thessalo anno 1891 lectis (nr. 1895) bene congrua. Dentes calicis non bilabiati subaequales sunt tubumque adaequant. Dentes tres superiores parum quidem breviores in descriptione originali (l. c.) falso „tubo subtriplo breviores“ designantur.

Satureia subspicata Vis. (*S. illyrica* Host,

S. pygmaea Rehb.).

Konjica (p. p.), Plandolovi pr. Neum Kula, Bilek (det. Freyn) in H. (I, 29, *S. montana* L.); Morinje pl. in H. (II, 20); Trebinje in H.!

Loca excludenda:

Aspropotamos pr. Chaliki, Velitsena et Kastania in P. (III, 28 = *S. montana* L. f. pilosior).

Satureia hortensis L.

Üsküb in M. (V, 23, *S. officinalis* L., det. Halácsy); Tatar Pazardžik in Bg. (XI, 75).

Satureia officinalis L. vide **S. hortensem** L.

* **Origanum Tournefortii** Sibth.

Ins. Naxos in Gr. (1897, leg. Leonis).

Origanum vulgare L.

Constantinopolis (IV, 24. pro var.); Balia pl., Flora pl., Prži-grad pl. in M. (IX, 66. pro var.); Kneževo, Sakardža in Bg. (1892); Kerečkői in M. (1898).

Locus excludendus:

Evropuli, Afra in K. (VIII, 35 = *O. hirtum* Lk.).

Origanum vulgare L. f. **elongatum** Form. =
O. vulgare L. f. **latebracteatum** G. Beck.

Kalinovik in B., Mali Velež pr. Nevesinje in H. (II, 20).

Origanum vulgare L. f. **latebracteatum** G. Beck.

Kalinovik in B.; Mali Velež pr. Nevesinje in H. (II, 20, f. elongatum Form.); Hulansko in M. (V, 23, f. elongatum Form.); Gobeš-Balkan. Petrina. Bukovo in M. (VII, 27); Suho polje pl. in M. (VII, 27, f. elongatum Form.); Hadžibarica pl. in M. (IX, 66, p. p.); Grob in Suha pl. S. (1889)!

Origanum vulgare L. var. **viride** Boiss.

Bracteae virides, saepe latiores.

M. Peristeri in M. (V, 23, f. latebracteatum G. Beck); Smolevo in M. (V, 23, f. elongatum Form.); Ostrec in M. (VII, 27, f. latebracteatum G. Beck); Hadžibarica pl. in M. (IX, 66, f. latebracteatum G. Beck p. p.); Kastri in mt. Ch. Th. (X, 49, det. Halácsy); Vič vrh in M. (XII, 59, pro typ.); Galičica pl. in M. (XII, 59, f. latebracteatum G. Beck); Cattaro in D.; Kalabaka in Th. (1896); Žervi, Orehovska pl., Diavato in M.!

* **Origanum hirtum** Lk.

Evropuli, Afra in K. (VIII, 35. *O. vulgare* L.)!; Ragusa in D. !; Koryza pr. Volo in Th. (1889)!; ins. Naxos in Gr. (1897, *O. Onites* L. p. p. leg. Leonis).

* **Origanum Onites** L.

Ins. Naxos in Gr. (1897, leg. Leonis, det. Halácsy).

Thymus capitatus (L.).

Volo (det. Borbás), Koryza, Kapurna, Velestinos in Th. (III, 28); Durazzo in A., Stratia, Kipuria, Analypsis, Evropuli, Afra in K. (VIII, 35); Koryza pr. Volo in Th. (IX, 67); inter Stylida et Neraida in Th. (X, 50. det. Halácsy); Paradisi in Th. (1889); Kephalomanduchion in K.; Čeledris dagh pr. Durazzo in A. (1894).

Loca excludenda:

Jedi-Kule in T. e., Tschekirge in As. (IV, 24 = *Thymbra spicata* L.).

Thymus *) **lanuginosus** Mill. (T. panmonicus All.).

M. Peristeri in M. (VII, 27, T. heterotrichus Grsb.); m. Korthiati, Žervi in M. (XII, 62); Ekšisu in M. (1898, T. Rochelianus Čelak. in sch.); Demirhissar in M. (XIII, 211).

Thymus substriatus Borb. in litt. ad Form. =
T. lanuginosus Mill.

Beleš pl. in M. (XIII, 210).

Ex Dre Velenovský a typico *T. lanuginoso* Mill. non diversus.

Thymus dolopicus Form. 1896 =
? **T. lanuginosus** Mill.

M. Ghavellu in mt. Ag. Th. (X, 50).

Specimina originalia in herbario non obvia. Secundum Dr. Halácsy (Consp. fl. gr. III, 565), qui frustulum incompletum vidit, ad *T. lanuginosum* Mill. spectare videtur.

Thymus lanuginosus Mill. var. **Kosteleckyanus** Opiz.

Mojna in M. (VII, 27).

Thymus lanuginosus Mill. var. **Marschallianus** W.

Vis breg pr. Sičevo, Studena, Grob et Smrdan in Suha pl., Plačevica pr. Vranja in S.; Kalabaka in Th. (III, 28); m. Peristeri in M. (V, 23); Visoko Tepe in Bg. (VI, 18, T. brachytrichus Borb.); col. Rujevica ap. Alexinae, Kraljevo in S. (VII, 27); Bačkovo in

*) Specierum sectionis *Serpillum* Benth. auctor Dr. Velenovský.

Bg. (XI, 75. *T. heterotrichus* Grsb.): Smilova in M. (XII, 62, *T. heterotrichus* Grsb. p. p.); Treskavec, Lejskovec in M. (XII, 62, *T. brachytrichus* Borb.); Vodena in M. (XIII, 211); Sv. Stevan in S., Bara pl. in M. (1895, det. Velenovský); m. Korthiati in M. (1898, det. Velenovský); Beleš pl. in M. (1899, det. Velenovský).

Locus excludendus:

Portaria pr. Volo in Th. (III, 28 = *T. Toševi Velen.*).

***Thymus glabrescens* Willd.**

Indicatur ad Sv. Stevan in S. (IX, 67); specimina in herbario non reperi.

***Thymus hirsutior* MB. (*T. Rochelianus* Čelak.).**

Kneževo in Bg. (XI, 75).

***Thymus ovatus* Mill. (*T. montanus* W. Kit.).**

Krupa in B. (I, 29); Studena, Banja in S. (III, 28); Tursko brdo ap. Paračin (det. Borbás), Baba (det. Borbás) et Juor pl. in S. (V, 23); Sibecki potok ad Alexinae, m. Ostra čuka (det. Borbás), Soko Banja (det. Borbás) in S.; Vitoša pl., Kneževo in Bg. (VI, 18); Jailadžik in Bg. (VI, 18, *T. brachytrichus* Borb.); Bjela voda (det. Borbás) et Mužinci in S. (VII, 27); m. Jastrebac in S. (IX, 67); Gorna Banja, Vladaja, val. fl. Azovica in Bg. (XI, 75); m. Midžor in S. (XI, 75, *T. balcanus* Borb. et XI, 76, *Calamintha patavina* Jacq.); Sisek in Cr. (1887, det. Velenovský); Novi, Banjaluka, Jajce, Pogar, Gorjevac, Debelo brdo et Ilidže pr. Sarajevo in B. (1888, det. Velenovský); Zygos in P. (1895, det. Velenovský).

***Thymus concolor* Opiz.**

Specimina plantae in B. indicatae (I, 29) in herbario non occurrunt.

***Thymus Jurányanus* Borb.**

Indicatur in Olympto bithyno (IV, 24); specimina in herbario nostro non obvia.

Thymus teucrioides Boiss. & Sprun.

Malakasi, Said Pascha et Dokimi in P. (IX, 68, subsp. *tymphaeus* Form.): m. Karava in mt. Ag. Th. (X, 51, *Calamintha alpina* L.; cum adnotatione: „specimina foliis parte superiore sub-integris“); Han Tripa in val. fl. Peneios Th. (1895, det. Velenovský).

Thymus teucrioides B. & Spr. subsp. **tymphaeus** Form. 1895
= **T. teucrioides** Boiss. & Sprun.

Malakasi, Said Pascha et Dokimi in P. (IX, 68).

Ex Dre Velenovský a planta typica non diversus.

Thymus heterotrichus Grsb.

Alexinac in S. (VI, 18); Visoko Tepe (p. p.), Sakardža in Bg. (VI, 18, *T. brachytrichus* Borb.); Kara Baır ad Ichtiman in Bg. (VI, 18, *T. comptus* Friv.); Gorno Divjak, Mojna, Maglenci, Diavato in M. (VII, 27 et *T. comptus* Friv. ibidem; det. Borbás); Belovo, Ostree, Narečen in mt. Rh. Bg. (XI, 75).

Loca excludenda:

Olympus bithynus (IV, 24 = *T. Chaubardi* B. & H.); *Lopatnica* in M. (VII, 27 = *T. moesiacus* Velen.); m. Peristeri in M. (VII, 27 = *T. lanuginosus* Mill. et *T. Jankae* Čel. β) *Fröhlichianus* Opiz); m. Čuka, Phlamburo in mt. Ox., Neraida et *Stylida* in Th. (X, 50 = *T. Toševi* Velen.); Bačkovo in Bg. (XI, 75 = *T. Marschallianus* W.); *Smilova* in M. (XII, 62 = *T. conspersus* Čelak. et *T. Marschallianus* W.); *Selca pl.* in M. (XII, 62 = *T. Loewyanus* Opiz).

Thymus heterotrichus Grsb. var. **cinerascens** Velen.

Bjela Crkva in mt. Rh. Bg. (XI, 75, pro typ.); Katlovi skali, Batak in mt. Rh. Bg. (XI, 75, *T. brachytrichus* Borb.); mt. Ossa in Th. (1889, det. Velenovský).

Thymus heterotrichus Grsb. × **dalmaticus** Freyn.

M. Peristeri in M. (V, 23, *T. heterotrichus* Grsb.).

Thymus brachytrichus Borbás.

Specimina hoc nomine designata ad varias species referenda:

Kneževo in Bg. (VI, 18 = *T. Loewyanus* Opiz); Visoko Tepe in Bg. (VI, 18 = *T. heterotrichus* Grsb. et *T. Marschallianus* W.); Jai-

ladžik in Bg. (VI, 18 = *T. ovatus* Mill.); m. Sakardža in Bg. (VI, 18 = *T. heterotrichus* Grsb.); Katlovi skali, Batak in mt. Rh. Bg. (XI, 75 = *T. heterotrichus* Grsb. var. *cinerascens* Velen.); Kamenicka pl. in mt. Rh. Bg. (XI, 75 = *T. moesiacus* Velen.); Treskavec, Lejskovec in M. (XII, 62 = *T. Marschallianus* W.).

* **Thymus conspersus** Čelak. (*T. hirtus* Raf.).

Smilova in M. (XII, 62, *T. heterotrichus* Grsb.); Velestinos in Th. (1889, det. Velenovský).

* **Thymus Toševi** Velen.

Kerečkői dagh, Derwent-Balkan, Janek karakol dere su in M. (III, 28, *T. striatus* Vahl.); Portaria pr. Volo in Th. (III, 28, *T. Marschallianus* W.); Kerečkői in M. (III, 28, ?*T. comptus* Friv.); m. Čuka in mt. Ch., Phlamburo in mt. Ox., Neraida et Stylida in Th. (X, 50, *T. heterotrichus* Grsb.); Pharsalos in Th. (1895); Sopočka, Diavato in M. (1898, det. Velenovský); m. Korthiati in M. (1898, *T. Marschallianus* W. in sch.).

* **Thymus Toševi** Velen. var. **hirtiformis** Velen.

M. Korthiati in M. (1898); Beli kamen pr. Prekopan in M. (*T. zygioides* Grsb. in sch.).

* **Thymus Loewyanus** Opiz.

Kneževo in Bg. (VI, 18, *T. brachytrichus* Borb.); Peristeri in M. (XII, 60, *T. remotiflorus* Form.); m. Peristeri in M. (XII, 62, *T. dacicus* Borb.); Selca pl. in M. (XII, 62, *T. heterotrichus* Grsb.).

Thymus remotiflorus Form. 1898 =

T. Loewyanus Opiz.

M. Peristeri in M. (XII, 60).

A typo *T. Loewyano* Opiz sec. Drem Velenovský non discedit.

Thymus dacicus Borb.

Specimina in m. Peristeri M. lecta (XII, 62) ad *T. Loewyanum* Opiz spectant.

* **Thymus moesiacus** Velen.

Lopatnica in M. (VII, 27, *T. heterotrichus* Grsb.); m. Peristeri in M. (VII, 27, *T. laniger* Borb.); Kamenicka pl. in M. (XI, 75, *T. brachytrichus* Borb.); Jundol pl. in M. (1897, det. Velenovský).

Thymus laniger Borb.

Specimina in m. Peristeri M. lecta (VII, 27) ad *T. moesiacum* Vel. referenda.

Thymus sipyleus Boiss.

Specimina plantae ad Prekopan et Nevěska pl. in M. (XII, 61) collectae ad *T. praecoxem* Opiz spectant.

Thymus dalmaticus Freyn (*T. longicaulis* Presl).

Dokimi in P. (XI, 75); Chaliki in P. (1889, det. Velenovský).

Locus excludendus :

Vitoša pl. in Bg. (VI, 18 = *T. balcanus* Borb.).

Thymus zygioides Grsb.

Kapudži in M. (XII, 61, *T. cilicicus* Boiss. & Bal., det. Borbás).

Thymus cilicicus Boiss. & Bal.

Planta vera in herbario non obvia.

Loca excludenda :

Petrina pl. in M. (VII, 27 = *T. pulvinatus* Čelak.); Kapudži in M. (XII, 61 = *T. zygioides* Grsb.).

* **Thymus Kernerii** Borb.

M. Midžor in S. (XI, 75, *T. balcanus* Borb. p. p.).

* **Thymus praecox** Opiz.

Prekopan et Nevěska pl. in M. (XII, 61, ?*T. Sipyleus* Boiss.).

Thymus Jankae Čelak.

M. Peristeri supra Bitolia in M. (V, 23); Nerečka pl. in M. (XII, 62); Golemi kamen in Suha pl. S. (1889, det. Borbás).

Locus excludendus :

Vladaja in Bg. (VI, 18 = *T. balcanus* Borb.).

* **Thymus Jankae** Čelak. β) **Fröhlichianus** Opiz.

M. Peristeri in M. (VII, 27. *T. heterotrichus* Grsb. p. p.); Kaimakčalan, Nidje pl. in M. (XIII, 210. *T. Agoustensis* Form. var. *hirsutior* Form.); Vič vrh in M. (1898. det. Velenovský).

Thymus balcanus Borb.

Vitoša pl. in Bg. (VI, 18. *T. longicaulis* Presl); Vladaja in Bg. (VI, 18. *T. Jankae* Čelak., det. Borbás); Vitoša pl. in Bg. (XI, 75); m. Karataš in M. (XII, 59. *T. Agoustensis* Form.); Kaimakčalan pl. in M. (1898. det. Velenovský).

Locus excludendus :

M. Midžor in S. (XI, 75 = *T. ovatus* Mill. et *T. Kernerii* Borb.).

Thymus Agoustensis Form. 1898 = **T. balcanus** Borb.

M. Karataš in M. (XII, 59).

A typico *T. balcano* Borb. specificice non diversus.

Thymus Agoustensis Form. var. **hirsutior** Form. 1899 =
T. Jankae Čelak. β) **Fröhlichianus** Opiz.

Kaimakčalan, Nidje pl. in M. (XIII, 210).

Cum specie antecedente non identicus; ad enumeratam varietatem *T. Jankae* Čelak. ponendus.

* **Thymus Chaubardi** Boiss. & Heldr.

Olympus in As. (IV, 24 = *T. sessilifolius* Borb. in litt.); Olympus in As. (IV, 24 = *T. heterotrichus* Grsb., det. Borbás); Pelion in Th. (IX, 67. *T. striatus* Vahl.); m. Peristeri supra Chalki in P. (IX, 67 et adnotatio in XII, 62, ? *T. pindicus* Form.); Velitsena in P. (1889. det. Velenovský); Zygos in P. (1895. det. Velenovský).

Thymus sessilifolius Borb. in litt. = **T. Chaubardi**
Boiss. & Heldr.

Olympus in As. (IV, 24).

Secundum Dr. Velenovský a typico *T. Chaubardi* Boiss. & Heldr. non diversus.

Thymus pindicus Form. 1895 = ? **T. Chaubardi**
Boiss. & Heldr.

M. Peristeri supra Chaliki in P. (IX, 67).

Specimina originalia in herbario non occurrunt. Secundum Drem Halácsy (Consp. fl. gr. II, 564) cum *T. Chaubardi* Boiss. & Heldr. probabiliter identicus.

Thymus atticus Čelak.

Milouna in O. th. (IX, 67, det. Halácsy); m. Pentelicon pr. Athenas (XIV, 79, leg. Leonis, det. Halácsy).

Thymus comptus Friv.

Planta vera in herbario nostro non reperta.

Loca excludenda:

Kerečkői in M. (III, 28 = *T. Toševi* Velen.); Kara Bair in Bg. (VI, 18 = *T. heterotrichus* Grsb.); Diavato in M. (VII, 27 = *T. heterotrichus* Grsb.).

Thymus striatus Vahl. (*T. acicularis* W. Kit.).

Orlovae pr. Mostar in H. (1888, det. Velenovský).

Loca excludenda:

